

Johann Sibrand David Cunitius

## **Discursus luridico-Historico-Politicus De Religione Mandati**


Rostochii: Kilius, 1673

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741211300>**


Druck Freier  Zugang



RU jurist. 19. Juli 1673  
Sibrand, Joa.







Q. S. B. <sup>44</sup> V. N. *Sept. 18*  
DISCURSUS

JURIDICO-HISTORICO-POLITICUS

DE

RELIGIONE  
MANDATI,

*Quem*

Adspirante Divino Numine

&

Suffragante Magnifico Jctorum Ordine in Celeber-  
rima ad Varnum Academia

PRÆSIDE

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO *atq;*  
CONSULTISSIMO

DN. JOANNE SIBRANDO

U. J. D. & P. P.

Publicæ Censuræ ac Discussioni

placidè submittet inque

*Auditorio Majori*

Defensitandum suscipiet

*ad diem XIX. Julii Anno M. DC. LXXIII.*

DAVID CUNITIUS,

Revaliâ Liv.


ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univerfit, Typogr.

IRRIDICO HISTORICO-POLITICIS  
DE

# RELIGIONE MANDATA

Adhuc Divino Nuntio

Suffragane Mantis Jorum Ordine in Celest-



NOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
CONSULESSIMO

DN. JOHANNES SIRVANDO

L.P.D. & P.P.

Publice Censuræ ac Discussioni

placito submittit inque  
Ambitorio Adhuc  
Detestandum suscipit

ad dies XIX Julii anno M. DC. LXXIII  
DAVID CUNITIUS

Rovallia Liv.

ROSTOCKI Typis JOHANNIS KILLI, Universitatis Typog.



I. N. D. N. J. C.

S. I.



E Religione mandati quædam con-  
signaturi, prius de verbis, ut ali-  
quantisper sollicitius inquiramus,  
ipsa videtur suadere ratio; cum non  
minor debeat esse cura verborum  
quam rerum, utpote quæ ad rerum  
penetralia deducere, ipsaque aperi-  
re adita suserit. Quidpe hæcenus  
nobis imperare nequimus, album  
ut adjiceremus calculum sententiæ  
*Marci Pauli Leonis in tractat. de  
Autor. & usu pallii Pontific. c. 1. §. 5.*

*Etymologias verborum potius ad Grammaticos quam ad Juristas  
pertinere, qui solum quid rei spectant, & ideo Etymologiam verbo-  
rum parum curant, censentis. Quæ quam erronea sit opinio, ad-  
fatim assertores Etymologiæ passim demonstrarunt, vid. Tab. E-  
lem. Juris Pr. method. part. 3. sect. 4. Th. 2. in c. d. p. m. 172. Olo-  
dendorp. cl. 4. Act. 24. § 9. p. m. 425.*

S. II. Descendit autem vox Religionis juxta *Cic. de Natu-  
ra Deorum lib. 2. à relegendo quam tamen originationem merito  
inridet Lactant. de vera Sap. L. 4 c. 28. quem etiam sequitur Au-  
gustinus Retract. 1, 13. & de vera Relig. c. 55. & hunc Freinsb. in ind.  
Curt: h. v. Qui à Religando dictam mavult, quasi Deo obstricti  
& relægati sint religiosi, pietatis vinculo: Quod enim Augustin.  
de Civ. Dei 10, 4. à relegendo deducat, ad lusionem nominis ad ma-  
num ex occasione capta, factum; ceu recte censet Lud. Viv. com-  
ment.*



ulsi ante Sano  
loyia inuictis

ment. ad d. l. Augustin. lit. d. p. m. 564. quamvis ejusdem etiam fuerit sententia & opinionis Nigidius Figulus apud Agell. 4, 9. in notissimo vers. *Religentem oportet esse, religiosum nefas*. Alii, à translatione & diligenti relectione illius quod ad Cultum divinum pertinet, dictam conjiciunt Non. Marcell. c. 5. §. 36. col. 727. ex quo illo Beckman. de orig. h. v. & Martin. in Lexico Philolog. ead. v. Non nulli à relinquendo, Macrobius cum Servio Sulpitio Saturn. 3, 3. Cujus etiam sententia olim Massurum fuisse Sabinum recenset Agell. d. l. 4, c. 9.

§. III. Diversimode autem sumi vocabulum Religionis, in propatulo est; quandoque generaliter & absolute, ut cum pietatis usurpatur vinculo, quo quis colere & venerari supremum cogitur Numen: sicq; rectè religio dicitur Juris. Nat. l. 2. ff. de J. & J. Quandoque specialiter, & relatè, pro ipso Religione Jure & sic Synechd. pro doctrina de Religione l. 1. C. de Summ. Trin. vel Secta ut cum Rel: Christiana dicitur Lutherana, Græcanica, Latina &c. l. 5. §. 3. de Jur. Jurand. vel pro officio charitatis, imprimis sepeliendi defunctos, quod in jure per Autinomas. Religio dicitur. l. 44. ff. d. Religios. Pro voto item monastico, seu passim in jure canon. est videre. Metonym. nunc pro ipso divino Numine l. 8. ff. de condit. inst. Rebuff. ad l. 17. ff. de V. S. nunc pro ipsa conscientia. l. 1. ff. de Jur. Jurand. l. 30. fam. ercis. Nunc pro jure jurando. l. 24. seqq. de Jur. Jurand. mox pro Asyllo l. 2. ff. de in Jus voc. Curt. 10, 9, 21. Metaphor. quicumq; metus, cura & sollicitudo Curt. 4, 10, 2. Plin. Epist. 4, 13. Quandoque etiam characterem designat Statistarum, s. Pseudo Politicorum; ita Callicrates (s. ut eum vocitant Plutarcb. Apophregm. c. 27. p. m. 277. & Suida. h. v. col. 462. Calippus) apud Corn. Nep. V. Dionis 8, 1. homo dicitur sine Religione & fide, i. e. Qui nec fas nec jus, nec divina curat nec humana, quos graphicè & veris suis coloribus depingit Bœcler. in comment. ad Nep. p. 58. seqq. Lips. Polit. 2, 14, 12. Plura qui desiderat Lexicographos adeat nec non Bude. in annot. ad ff. p. m. 650. seqq. Rebban Hodog. Jur. Chart. 1. dim. 2. par. 1. §. 15. p. m. 204. Hic autem sumi pro aliqua observantia satis testatur Agel. N. d. 4, 9.

§. IV. Effertur autem vocabulum Religionis alias pietatis nomine; sanctitatis item; Ceremoniarum, Cultus, quandoque

que & metus, notante Non Marcell. de proprietat. sermon. c.  
4. §. 307. col. m. 682. idque exemplo Virgiliti *Ænid.* 7.

*Sacra coma, multosque metu servata per annos*

adprobante. Mandati quoque fines rectè nomine Religionis veni-  
unt, passim id conroborantibus DD. quæ etiam significatio pro-  
priè huc pertinet.

§. V. Vocem mandati descendere à mandare, notum  
est. Est autem vox mandare notante *Briffon de Formul. lib. 1, p. m.*  
*127.* ex *Cornuto ad Satyr. 2. Persii* Verbum sacrum & Aruspicum,  
ac quasi manum dare dictum, Manus namque apud veteres fidei  
erat signum. Quemadmodum enim genua misericordiæ, aures  
memoriæ, frons pudori, Digiti minervæ; sic dextra fidei sacra erat,  
teste *Servio ad Eccl. 6. Virgiliti. Hadr. Jun. animadvers. 2, 11. Pon-*  
*tan. Progymn. 1, 5. p. 17. Briffon. form. lib. 8. p. 740. Isidor. Orig. 11, 1.*  
*col. 1095. v. dextra.* Antiquissimis enim temporibus, eundem  
videmus obtinuisse, quem hodie in simplicioribus observamus mo-  
rem, ut in committendis suscipiendisque negotiis, tanquam fidei  
symbolum, alter alteri manum daret; quod bey *Handschlag* iusa-  
geti, adpellitant: cujus etiam consuetudinis vestigia in sacris lite-  
ris sunt observare, *Prov. 6, 1. & 22, 26.* nec *Persii* incognitus mos iste  
vid. *Grot. de J. B. & P. 2, 13, 22.* ibique *Hennings in obs. Polit. & Mo-*  
*ral. p. 667.* & hodie num videmus promissiones mit *Hand* gezebe-  
ner *Treu an eydes* stat fieri *Gædd. de stipul. c. 3. concl. 9. n. 183. p. 244.*  
hinc apud *Virgil.* tritum illud est legere; *En dextra fidesque Ovid.*  
*Dat dextram atque animum presenti pignore firmat,* nec non  
*Comicorum Princeps Terent. Andr. Act. 1. Sc. 5. Te per hanc dex-*  
*tram oro; Virgil. Ænid. 6. vers. 612. fallere dextram.* vid. *Johan-*  
*Pulver. de manuum significatione* exq; eo *Harsdorffer Deutscher Se-*  
*cretar. part. 1. part. 10. Ep. 50. lit. C. p. m. 711. Isidorus Hispalens.*  
*Episcopis Orig lib. 5. c. 24 v. mandatum. Mandatum dictum*  
*quod olim in commisso negotio alter alteri manum dabat quam-*  
*vis alii ut Azo Summ. C. h. 1. §. 7. & Martin Lexic. Philolog. h. v.*  
per vocem manus, potestatem potius innui velint, ut manum dare  
idem sit quod potestatem facere, quemadmodum *Victori* manum  
dare dicimus; prior tamen sententia veri similior, quam etiam fe-  
cuti *Tabor. partit. Element. part. 3. f. 4. Tb 48. Coll. J. A. de Mand.*  
*tb. 2. Wesenbec. paratit. n. 2. ibique Hahn: Hilliger D. E. 13, 10. lit. B.*

Oldendorp. clas. 4. A. 24. princ. Rosbach. Proceff. Civ. Tit. 20. n. 2.  
Rittersb. ad L. 23. ff. de R. J. c. 5 p. 74. Gædd. d. l. alique DD. plu-  
rimi.

§. VI. Sumitur autem vocabulum mandati, vel genera-  
liter & latè, pro omni eo quod alicui gerendum, vel exequendum  
committitur, ita ut habeat locum tam in publicis, iisque divinis,  
ut cum mandata dicuntur coelestia c. 6. extr. de presums. & huma-  
nis; ubi mandata in specie Principum dicuntur jussiones ad Magi-  
stratus directæ; ita etiam jurisdictio, accusatio, mandata dicitur;  
quam in privatis, iisque tum illicitis, ut in injuria, vi, cædeve man-  
data, tum licitis iisque rursus vel, judicialibus, vel extra judiciali-  
bus; & vel per ultimam voluntatem, vel inter vivos, idque sine  
conventionione expressa; vel mediante conventionione, quæ significatio  
propria & specifica; sumiturque materialiter pro eo ipso quod al-  
teri faciendum commissum; vel formaliter pro ipso & toto con-  
tractu: Est etiam metaphorica vocis acceptio, quando memoria,  
literis, oblivioni, terræ &c. mandare dicitur; nec non ubi de sim-  
plici rogatione, commendatione, consiliove usurpatur. Exempla  
varia hujus acceptionis vide sis in C. A. lib. 17. Tit. 1. Rebban. in  
Hod. jur. cb. 2. cl. 3. paral. 3. Tb. 18. p. m. 545. aliosque DD. ad Tit. ff.  
Mandat.

§. VII. Suevit autem mandati vox eff: rri nunc commissio-  
nis nomine, nunc jussionis, præceptionis item, vid. Agel. L. 1. c. 13.  
rogationis, concessionis, permissionis; ut alteri quando permitti-  
mus; ut pro nobis fidejubeat; nec non commendationis, curatius  
sc. rem quampiam commendantis; alias enim communiter lite-  
ræ commendatitiæ vim mandati non habent, quia commendandi  
hominis, quam mandandi magis animo, scriptæ L. 12. §. 17. ff. man-  
dat. Brunnem. exerc. Justin. 21. ad princ. Inst: Mandat. quemad-  
modum nec mandat qui monet aut consulit per ea quæ tradit Tab.  
ad. Barbosam II, 10, 6. Imperii, ut cum superiorum mandata Im-  
peria dicere amamus; Præscriptionis itidem nomine sæpius veni-  
re suevit: literæ etiam fidei & credentiæ Pascal Legat. c. 2. circa  
finem. quæ à Fabro minus latinè honorariæ adpellantur Marselar.  
Legat. 2, 6. Legationis tesseram adpellitit germ. instruction, Cre-  
dend. Brieff. creditiv Schreiben. Besold. Theaur. pract. V. Credend.  
Brieff. nomine quoque mandatorum venire solent: quibus tamen  
propter

quæ dixi ad §.  
55 in fin.

propter generalitatem, mandatum contāhi negat. Schneidw. ad  
Instit. de mand. §. 6. exque illo Brunneman. Exerc. Justin. 21. ad  
princ. Institut. mandat. id quod videtur intelligendum de literis  
credentiæ privatis mercatorum, de quibus idem adserit Mascard. de  
Probat volum: 2. concl. 1008. n. 16. seqq. de publicis enim secus pro-  
nunciantur videtur, per ea quæ tradit Marselar. Legat. 2. 6. Pascal.  
Leg. cap. 59. Plautus Mandatum vocat rem mandatam, in Mercat.  
A. 2. Sc. 3. v. 42. rei mandata omnes sapientes primum pravor-  
ti decet h. e. mandatum summa fide ante omnia exequendum, e-  
jusque sollicita cura omnibus aliis rebus anteponenda. Alii etiam  
vocem Rati habitationis denotare mandatum volunt, quæ tamen  
multis modis ab ea differt Rittersb. ad L. 23. de R. I. c. 5. p. m.  
77 seq.

§. VIII. Poterit ex dictis haud incommodè talis extrui si-  
ve definitio f. descriptio. Quod Religio mandati sit exacta man-  
dati certis præscriptis legibus finibusque sese cogens observantia.

§. IX. Genus posuimus observantiam, moti autoritate  
Agell. diligentiss. Notitium Atticarum Scriptoris qui 4. 9. hanc ipsam  
examinans materiam subjicit, sed præter ista quæ Nigidius dicit, a-  
lio quodam diverticulo significationis Religiosus pro casto atque  
observanti cobibentique sese certis legibus finibusque dici cæpius.

§. X. Exactam diximus observantiam, quod mandati fines  
diligenter veniant custodiendi l. 5. pr. ff. Mandat. l. 41. l. 46. eod.  
l. 12. C. mandat. §. 8. Inst. eod. C. J. A. 17, 1. §. 6. Modest. Pist. part.  
4. Q. 173. §. 25. ut qui eos excedit, videatur facere contra formam.  
Chassan. consuet. Burgund. Proem. in verb. en ensuyvant le conte-  
nu en nos dictes lettres de commission. column. 42. ibique adlegati,  
qualitasque mandati servanda, non enim solum quod contra  
mandatum, est nullum, sed etiam quod sit citra mandatum, idem  
ibid. n. 2. Quod autem Mandatarius teneatur stricte observare  
leges mandati, ex Naturâ hujus contractus fluit (verba sunt Do-  
Eust. Felden. annot. in Groi. de J. B. §. P. 2, 16, 21 p. m. 78.) quia  
mandatarius personam induit mandantis; unde quod non sit ex  
mente mandantis in eo nec mandatarius illius personam represen-  
tat, nec ut mandatarius operatur.

§. XI. Cum autem non parum inter se differant DD. quid  
nam potissimum veniat in mandato præstandum, latans solum  
culpa

*Mandatum p. a  
lex implent o*

culpa & dolus, an etiam levis; cum nec desint qui exactissimam  
heic desiderent diligentiam; curatius hæc aliquantum consideran-  
da veniunt; de lata teneri culpa mandatarium, omni prorsus  
caret dubio, cum omnes id testentur; juris nostri textus vid. l. 23. ff.  
R. J. Lata insuper culpa, dolo æquiparetur, nec quicquam obstat,  
quod nulli officium gratis susceptum debeat esse damnosum, cum  
cuilibet vires explorare suas, quidque humeri valeant, quid ferre  
recusent, examinare, sicque re penitus explorata, vel suscipere,  
vel propter virium defectum de precari vel ab sese amoliri manda-  
tum prorsus sit integrum.

§. XI. De levissima major inter D.D. dissensus, in primis  
mandantis causa si susceptum sit mandatum; ubi non levem sal-  
tem, sed & levissimam præstari culpam volunt; fundamenta adser-  
tionis suæ præprimis petunt ex l. 11. C. Mand. ibi *non dolum quam  
culpam l. 13. eod. ibi omnem culpam & ibi non etiam improvisum  
casum* nec non l. 21. ibi *exacto officio* vid. Rittersb. ad l. 23. ff. de R. J.  
latius hæc ipsa deducentem, c. 5. p. m. 81. seq. Hillig. ad Donell. Enucl.  
13, v. lit. E. Brunne man. Exerc. Justin. 21. ad §. 8. Inst. Mandat.  
p. m. 183. ibique adlegati: quem tamen suam posterius mutasse sen-  
tentiam, arg. sunt quæ scripsit ad l. 10. pr. ff. mandati Pufend. de  
J. N. & G. 5. 4. 3. Carpz. part. 2. c. 20. d. 11. Perez ad C. Tit. Mand.  
§. 9. Ubi tamen in fine itidem ab hac abscedere sententia videtur.  
Schröter. in not. Animadv. in Suthole Dissert. 15. aph. 70. p. 339.  
Habu ad Wesenbec. Mand. §. 10. & D.D. communiter.

v. 6. 37.  
2. §. 33.  
§. XIII. Rectius tamen videntur illi sentire, qui de jure  
Civili exactam duntaxat exigunt diligentiam, & de levi teneri man-  
datarium culpa, tenentur, Benevenut: Strach. de Mercat. Tit.  
Mand. §. 45. p. 167. Cardin. Tuscus Pract. concl. 39. lit. M. C. J. A.  
17. v. §. 23. 24. in fin. §. 30. nec non in disp. de culpa th. 152. seq. Bicc.  
Aur. Sect. 4 §. 135. Locam. de Causis actionum th. 126. nec non  
Quast. Justin. 319. Tab. I. P. E. p. 3. Sect. 4. addit. th. 5. p. 239.  
ex D.

§. XIV. Nec difficile ad objectas §. 12 Respondere leges.  
in i. enim u. culpa dolo opposita, secundum subjectam accipien-  
da materiam; cum inibi agatur de Procuratore, qui utique ex  
speciali mandato arctius tenetur, & obligatur ad diligentiam exactis-  
simam, cum profiteatur se rerum forensium peritum. Brunne man.

l. eo. pr. ff. de  
un. ad §. 1.

Forensium 21. P. Sm. vol. n. Resp. Jur. 44. ad l.  
num. 17. 18. 19. etc: ubi dicit, quod illa  
distictio vulgo quidem sit recepta, sed intro-  
ducta ex male intellecto Rescripto Hochebani

*ad l. 13. C. Mandat.* Quod autem ex l. 13. inferunt, si omnis est  
præstanda culpa, sequitur etiam levissima, ita ut universalitas illa  
solum oppositum excludat casum: Resp (1) in oppositione textuum  
Juris, observandum esse, ut illi, in quibus ex professo de præstatio-  
ne culpæ agitur, præponantur illis, in quibus obiter saltem & in-  
cidentally illorum injiciatur mentio. (2) Mandatarium omnem di-  
ci præstare diligentiam, non in specie in omnibus articulis, sed  
tantum in genere. (3.) Non valere consequentiam, culpa oppo-  
nitur casui, Ergo sub intelligenda culpa levissima, cum contrarium  
multis instantiis probari possit. (4) Esse mandatum speciale pro-  
curatorium *Molin. de eo quod interest n. 183. secutus Barrolium & De-  
Brunneman. b.l. Ad L. 21. Resp. (1) Exactum officium non,*  
statim esse exactissimum; sed exactum officium hic potius denota-  
re, quod ex natura mandati, in mandato exigitur negotio; ut est  
b. f. & diligentia (2.) Quod in fine additur, non simpliciter enun-  
ciatur, sed respicit ad exactum officium in mandato præstandum;  
à quo officio, quicquid declinat, culpa non vacat; nec obst- quod  
inferri solet, eum qui negotium alterius gerendum suscepit, præ-  
sumi profiteri industriam, sine qua illud gerere nequit; neque hoc  
officium mandatario posse esse damnosum, cum ultro in sese  
susceperit.

§. XV. Non negamus interim, quempiam, vel quod  
mandatum exactissimam requirat diligentiam, arg. l. 25. §. 7. ff.  
Locat. Mozz. de Contract. mand. de naturalibus mandati n. 26.  
Brunnemann ad L. 13 C. Mand. ibique citat. vel per pactum, de  
levissima etiam teneri culpa posse, cum pacta legem dent contra-  
ctui, l. 23. de R. J. etiam ex casibus improvisis cum oriatur obliga-  
tio, si de iis præstandis sit conventum; impensè enim placent, quæ  
habet *Schneidw. ad. §. 10 Inst. Mand §. 4.* Quandoque venit in  
mandato aliquid in quo exactissima diligentia requiritur; ut  
in procuratore ad judicia, Et tunc tenetur Procurator de levissima  
culpa: Quandoque mandatur aliquid quod exactam requirit  
diligentiam, ut solvere pecuniam, & tenetur de lata & levi culpa,  
videtur enim se adferere ita diligentem, prout illa res cuius man-  
data recepit, exigat: Quandoque mandatur aliquid quod nullam  
aut modicam diligentiam requirit, quia quilibet illud expedire  
potest; ut portare epistolam, vel librum, de uno ad alium; & so-  
lum.

nis nomen generale, et complectitur omnes mandatarios.

lum de dolo & lata culpa tenetur. Unde Tabor J. P. E. part. 3. Sect. 4. p. 239. §. 5. Gloss. & Martini in l. 21. Mandati, sententiam propugnans, vult esse respiciendum, cujus causa contractum sit.

l. 23. Br. ubi dicitur quod  
§. 6 ff. mandaf  
r. ubi dicitur quod  
an si occurrerit  
ab mandatariis  
debet esse glia  
gentur, & illo  
eratur.

§. XVI. De casu fortuito minus oriri dubium poterit, cum expressa sit Juris Reg. quod is à nullo præstetur nisi in mutuo, & ad ejusdem quæ Naturam accedunt l. 23. de R. I. ubi genus, quod perire nequit, debetur. §. 2. Inst. Quibus mod. re contr. obl. Vel si mora in restituenda re commissa fuerit, aut dolus culpave præcesserit, aut expresse de illo præstando sit conventum. Cessat ergo hæc actio directa; nil verò prohibet, quin mandatarius actione repetere contraria possit, si scilicet demonstrari queat, ex causa mandati sibi quicquam abesse, cum nemini suum debeat esse damnosum officium l. 14 l. 15. ff. Mandat. & mandans ex natura contractus tenetur Mandatario de omni interesse, mandati ratione quod abest.

§. XVII. Ast cum in hac materia cardo ipsius rei consistere videatur, enucleatius hæc aliquantum examinanda veniunt. Distinguendum ergo omnino censemus, inter mandata publica & privata, sive quod ex sententia Pufendorff. §. 4, §. d. I. N. & G. idem; inter mandata Imperantis & committentis; quorum illud apud antiquos efferebatur per ablativum mandato, hoc autem mandatu: id quod in primis est observare in editione ff. Holiandri vid. Oldendorp. cl. 4. act. 24. p. m. 426. an autem perpetua hæc differentia, alii videriut. In mandatis Imperantis, rursus despiciendum, an cum, an sine libera; item an ab homine, vel Lege; In mandato ab Imperante commisso, & quidem stricto, in primis inspiciendum Ingenium, naturaque illius quirem mandavit, verone, durus, indomitus, inexorabilisque fiet, nam si tali Præceptoris sit reddenda ratio, tutissimum erit, nihil facere, quam quod præceptum est, uti recte monet Agel. N. A. 1, 13. talis enim, conrumpti atque dissolvi officium omne imperantis putabit, si quis ad id quod facere jussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato, respondeat; bene sentente eod. d. l. sin autem leniori fuerit præditus ingenio, ceu fertur Adrianus, quo de Xiphil. in Epit. Dion. F. ad hanc  
quodcum aliquando populo ferocius quid postulante, Præconem jussisset proclamare, tacete, is vero vocis, metuens asperitatem, & insolentiam, manu extensa silentium fecisset, ita pronunciando; hoc

*hoc ipsam Vult Imperator: ed infensum Imperatorem non fuisse.*  
 Qui ergo pro Imperio alteri quidpiam mandavit, non censetur  
 ipsi, nisi meram injunxisse executionem; adeoque non licebit à  
 more præscripto recedere. *Paschal. Legat. c. 56.* nisi per expressam  
 clausulam, uti frequenter fit, data licentia fuerit, supplendi aut  
 immutandi paulisper, res & tempus quæ postulant; uti monet *Pu-*  
*fendorff. de J.N. & G. s. 4, 5.* Et eo in casu Mandatarius non exactè  
 adstrictus ad observandum mandati fines *d. Paschal. c. 57.* Qui au-  
 tem mandato cum libera gaudet, magis id facere potest *id. c. 58.* si  
 a. Mandatum à Lege fuerit, recte etiam quandoque si in salutem  
 vergat reipubl. cuius salus merito lex extrema habetur, posse abiri,  
 cum pro legibus habenda non sint, quæ contra salutem reip. ten-  
 dent late differendo demonstrat *Baudius in dissertat. de Inductis*  
*Belli Belg. quam dein inseruit lib. 2. Induc. Belg. p. m. 190. seq.* decla-  
 rat quoque id ipsum egregiè exemplum *Epaminondæ, apud Nep. in*  
*ejus vita c. 8. & Scipionis apud Liv. lib. 38. c. 50. seq.* vid. quæ adno-  
 tat *Bosius ad c. 4. n. 3. Datam. Nepot.* ubi distinguit inter Duces  
 præpositos à Populo, Rege, & Optimatibus; In privatis quid  
 Juris ex præced. §§. satis adparet.

§. XVIII. Causa Religionis Mandati efficiens remota,  
 constitui poterit *Jus Gentium*, cum originem ex amicitia trahat.  
*l. 1. §. 4. ff. Mand. quibus n. in rebus, centente Cicer. Orat. Pro Sext.* *Hac spectant ad*  
*Rosc. Amerin. c. 38. ipsi interesse non possumus, in his opere nostro* *mandati non ad*  
*vicaria fides amicorum supponitur, nec ulla præterea reperire* *aff. autem v. We*  
*lib. mand. mun. 7.*  
 Gens est, quæ non utatur vicaria hac ipsa amicorum opera. Con-  
 tractus itidem omnes consensuales Juris esse Gentium constat. vid.  
*Robert. Scharrock. de offic. secundum Jus Nat. c. 4. n. 5. §. 2. p. m.*  
 247. cum obligatio ad fidem servandam sit à natura, ut egregiè  
 disp. contra *Conan. Jctum acutis. Grot. de J. B. & P. 2, 11, 1.* Cu-  
 jus rationes sub incudem revocat laudatus *Scharrok. d. l. n. 1. p. 222.*  
 Nec non *Jus Civile*; cum enim juxta tritum illud forma det esse rei,  
 merito Juris quoque dicitur Civilis, quod ab eodem esse suum ac-  
 cipit, testante id quoque exemplo Patriæ potestatis, quæ J. civilis  
 dicitur, licet apud alias gentes, eadem sit potestas videre in liberos.  
*Vinn. ad §. 2. Inst. de Patr. potest.* Ipsa autem Civilis Lex singu-  
 lis mandatorum speciebus suam largitur formam, certosque præ-  
 scribit fines, quos ultro citroque qui transierit, peccat.

B

§. XIX.



et repere  
Confessy  
r. 1660  
1.6.8  
1.18

§. XIX. *Causa effie proxima, ipse Mandans; aliàs nomine man-  
datoris l. 10. §. u. l. 26. pr. l. 27. §. 2. l. 60 pr. ff. mand. §. Domini negotiorū  
l. ff. de procuratorib. qui venit: cum autem Persona mandantis, pro  
varietate statū, varia esse suevit, eandem, tam in statu publico, quam  
privato, merito consideramus. In publi. sunt Majestas ( quæ aliàs, sed  
minus rectè, ap. Politicos, Theologos præsertim, nomine summi  
Magistratus venire amat) & Magistratus: sive ut alii efferre solent:  
est persona principalis vel subalterna; Principalis s. Majestas, con-  
stituit & demandat Magistratus, quibus sola parendi relicta est  
gloria; & vel pacis vel belli conspiciuntur tempore; Pacis tempo-  
re, varii Magistratus, qui passim à Scriptoribus antiquitatum de-  
lineantur; quo etiam quodammodo Legati referri poterunt. In  
bello sunt belli Duces, quibus de in subsequētib; inter manda-  
tum autem quod per Imperium superioris, & quod ex contractu  
ultraneo suscipitur, quid intersit, tradit Pufendorf. de J. N. & G.  
§. 4, 5. Potissima differentia ratio, in eo consistere videtur; quod  
bellica illa mandata strictissimi sint juris, nec aliter perficiantur,  
quam præscripti ratio si exactissimè observetur; Cum non inme-  
rito Mandantem negligere Mandatarius videatur, velle suamque  
prudentiam pluris facere, quam ejus, qui ubi semel mandavit, ob-  
sequium requisivit, non consilium; nisi enim decretis, mandatisq;  
adfuert necessitas, ne sapientia quidem aut potestas adesse videbi-  
tur mandanti, quibus tamen maxime constat & autoritas & Maje-  
stas. Nam ut utar verbis Taciti Hist. 1, 83, 6. si ubi jubeantur, que-  
rere singulis liceat, pereunte obsequio, etiam imperium intercidit;  
paria sunt quæ hist. 2, 39. leguntur. Disciplina enim militaris, non  
modicam partem in mandatis adcuratè servandis consistere, præ-  
stantissimi belli Duces semper æstimarunt; Inde Alexander ille Im-  
peratorum laudatissimus, cui etiam ex hac mandati religione, no-  
men Severi inditum, apud Lampridium c. 53. inquit; *Disciplina  
Majorum Imperium tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum  
& Imperium amittimus.* Quæ verba, quam è tripode dicta, sub-  
sequentia testatum fecere tempora. add. Liv 8, 7. & 7, 34.*

§. XX. Verum enim verò, magis videri ut possit, quam  
observantissimi veteres hujus fuerint religionis, quamque adcu-  
ratissimè animadverterent, in contemptores & transgressores; pau-  
ca quædam exempla, ex omni historia, in medium sumus prola-  
tur

turi. Quam g. Romani moris hujus fuerint rigidissimi exatores, Manlii Torquati ( quo de *Luc Flor.* 1, 14, 2. signanter : quo tempore quis cessisse hostem mirabitur? quum alter Consulum Filium suum : quia contra Imperium pugnaverit, quamvis victorem occiderit, quasi plus in imperio esset quam in victoria ) & Dictatoris Posthumii ( quo de *Agell.* 17, 21. ) exempla ubertim testantur, quorum uterque Filium securi ferire voluit, quod citra jussum victor extitisset; quia enim plura disciplina quam victoria assumata fuerit, ipsa virtus ad supplicium venit.

§. XXI. Severissimæ frontis Dictator Papyrius, quam agrè ab universo Senatu Populoque Romano exorari potuerit, ut ignosceret citra mandatum suum hostem vincenti Fabio, multis nobis reliquit pagellis. *Liv.* 8, 30. *seqq.*

§. XXII. Nec Græcia istiusmodi infœcunda exemplorum: apud Spartanos adolescentis cujusdam facinus, præmium simul & pœnam promeruit: quia enim feliciter in Thebanos pugnasset, corona ab Ephoris insignitus; quia injustus, multam mille incurrit drachmarum: quæ secundum quosdam 150 Thal. quæ magna habebatur, in illa veterum penuria, summa.

§. XXIII. Nec est quod objiciant Epsminondam Thebanorum Ducem præstantissimum, Plebiscito non parentem, quod exemplum jam olim inter celeberrima hujus disquisitionis esse habitum, est observare apud Parentem purioris Orationis *Cicer. de invent.* p. m. 160. & 166. non enim impune transgressionem Plebisciti tulisset, nisi stratagemate quodam, quod refert terribilissimus Autor *Corn. Nep. in ejus vita c. 8.* animum detulisset Judicium.

§. XXIV. Haud ergo immerito apud *Cæsarem de Bello Gall. Lib. 7. p. m. 167.* Milites reprehensi, quod ardore certaminis, & spe victoriæ, longius in hostem procherentur: cum tamen à pugnando desistere antea jussi essent, ob licentiam arrogantiamque, quod plus se, quam Imperatorem de victoria atque exitu rerum sentire, existimarent. Cum ex diverso ab eodem Cæsare Sylla laudetur quod suos longius insequentes revocarit. Cujus verba cum observatu haud indigna ex *Lib. 3. de Bell. Civil. p. m. 317.* inferimus; *Insequentes nostros, ne longius prosequerentur, Sylla revocavit, at plerique existimant, si acrimus insequi voluissent, & bel-*

lum eo die potuisse finire; cuius (Syllæ) consilium reprehendendum non videtur, alia enim sunt Legati ( ut Mandatarii ) partes, atque Imperatoris ( qui Ducum communissimus & cum Imperio ) alter, ( Legatus ) agere ad prescriptum; alter, ( Imperator ) liberè ad summam rerum consulere debet. Sylla à Cesare castris relictus liberatis suis, fuit contentus; neque praelio decertare voluit, quæ res tamen fortasse reciperet casum, ne Imperatoris sibi sumsisse, partes videretur. Quod summi Imperatoris hac de re iudicium non temere negligendum.

§. XXV. Sed ipsius nobis Cæsaris quis obijcere factum, posset, citra Senatus Populique Rom. mandatum, Ariovisto; in sedibus Germanorum bellum inferentis. Quamvis enim in illo non peccarit, quod sese Germanis, qui armis Gallos hostes Populi Romani juverant, opposuerit; Contentus tamen finibus Galliæ depulisse esse debebat, nec illos ulterius insequi; in primis ubi videret, à pulsis ullum ulterius haud imminere periculum, quare & Catonem hac in re adversarium expertus gravissimum, qui eundem Germanis dedi volebat; ubi tamen non tam jus respexisse videtur, quam l. inimicitia frenum laxasse, vel ut metu imminentis Domini Populum Rom. liberaret: Siquè P. R. Jus exercere in Cæsarem voluisset, haut impunè certè tulisset; cum autem is jam esset P. R. status, ut in varias partes discissus, qui vi potentiaque præpollerent, Jus sibi met ipsis fabricarent, omniaque ex potentia suâ metirentur, potius quid factum sit, quam quid jure fieri licuisset, videmus; uti egregie hac de re more suo philosophatur Grot. de J. B. & P. l. 3, s. 4. § 3, 7, 10. idque ulterius exemplo Cnei Manlii, injussu Populi R. Gallo Græcis bellum inferentis ex Liv. lib. 38. c. 12. seqq. deducit.

§. XXVI. Quod autem M. Tull. Cicero, factum Octavii & Decimi Bruti, in Antonium arma privato consilio moventium, defendit; suæ potius inservire causæ certum, cum illorum partiû, infensissimus contra Antoniani nominis hostis extiterit: nec ullo id defendi modo, jure potest. Antonius enim licet hostilia maximopere promeruisset, attamen Senatus Pq; R. expectare iudicium debebat, è Republ. ne esset, bello factum prosequi, an consultius, dissimulare; an satius pacis iniicere mentionem, an ad  
arma

arma procurrere; nec privatorum erat, publicam injuriam, armis  
prosequi; Licet quoque hostis à S. Pq; R. judicatus fuisset Anto-  
nius, in illorum tamen solummodo arbitrio erat, cui nam bellum  
istud vel committendum vel non committendum, potissimum cen-  
serent. Nec male proin Rhodii, Cassio ex fœdere auxilium peten-  
ti, responsum dedere, se missuros, si Senatus juberet. Sed hoc iti-  
dem inter exempla dissidentis inter sese, jam jamque ruinam mi-  
nantis reip. referendum, ubi quisque potestatem vi artibusque  
rapiendo, cuicumque perficiendo par erat, pro justo deputabat.  
vid. *Grot. l. laud. n. 5.*

§. XXVII. Sed quid de Mennio castrorum Præfesto di-  
cemus, quo de *Tacitus Ann. 1, 38, 1.* qui duorum seditionum mi-  
litum supplicio, seditionem suppressit, *bono magis exemplo, quam  
concesso jure.* & Melio, qui apud *Liv. 4, 13.* acuta sententia & gravi,  
*rem utilem pessimo exemplo*, aggressus dicitur: *Vell. Paterc. quod; 2,  
47, 4.* eadem vere utitur sententia. *Liv. 7, 5. Consilium quamvis non  
civilis exempli, tamen pietate laudabile,* eodem dicit sensu: & *7, 14.  
res bona haud probabili exemplo acta.* Quomodo bonum, quod  
contra jus s. mandatum, cujus observationem hisce in rebus stri-  
ctissimi esse juris diximus: Dicendum ergo, Mennium egisse quod  
in præsens conducebat, ne malum ulterius serperet, adeoque bono  
exemplo, ad reprimendam militum seditionem; quo etiam hac in  
loquendi formula reliqui respicere Autores videntur. Sic *Sueton.  
Domit. c. 14. ne bono quidem exemplo audendam esse Patroni ne-  
tem,* ex sententia Imp. Domitiani, autumat. Si enim ad manda-  
ti respexerimus Religionem, & Manliorum Imperiorum leve-  
ritatem, haud bono exemplo diceremus; Cum autem è re aliquan-  
do reip. sit, non exactè, rebus inprimis creperis, & summa urgente  
necessitate, ad calculum omnia revocare, ubi quandoque consilium  
in arena, ut dici amat, capiendum: sub Principibus, clementiori-  
bus præsertim; inde provenisse videtur, ut res eadem, quandoque  
diverso respectu, & bono & non bono exemplo perpetrata dicatur.  
Quod & axioma polit. non ignorasse Davidem, non simplici vice  
belli Duci Joabo noxam talem condonantem, sacra prodidit pa-  
gina.

§. XXVIII. Superius seculum, sequens suppeditat Sidonii  
Exemplum quod recenset *Fam. Strada hist. Belg. dec. 2, lib. 10.* qui

Talassiarcha ( vulgo Admiralus ) Hispanorum , ab Anglis , anno superioris seculi 1588. superatus, cum culpa cladis illius in illum derivari vellet, quasi nimia obedientia, ne Religionem Mandatorum Regis violaret , occasionem opprimendæ in portu hostilis classis è manibus elabi passus esset ; à Prudentioribus ejus temporis plerisque fuit excusatus, quod mandatum Regis sui , quem Mandatorum tenacissimum noverant , non excessisset ; cum in recenti adhuc versaretur memoria , exemplum Johannis Austriaci , Fratris Regis , qui inlustri navali depugnata pugna, ab adversariis reus agebatur mandati.

§. XXIX. Non minori diligentia in lectione bonorum Autorum est observare , Religionem hanc in Legationibus esse observatam. Ex pluribus unum alterumve, cuncta enim quis recenseret ? delibabimus, ex in ut judicium de similibus formari possit. *Quintilianus insit. Orat. 7, 4. circa finem* Actionem male gestæ legationis apud Græcos ex veris causis frequentem fuisse, adnotat, ubi juris loco quæri solitum refert, an omnino aliter agere quam mandatum sit liceat.

§. XXX. Athenienses, Legatos suos ex Arcadia reduces, capitali adfecere poena, legatione licet ex sententia obita, quod terrestre iter ingredi jussi, contra præscriptum, mare subjissent intempestivum pariter & infidum; nihil morati, quod vitam suam una periculo exposuissent, testante *Ælian. V. H. 6, §.* Sic Legati eorundem Atheniensium, missi ad Artaphernem Sardiæ Præfectum, legibus causam dicere sunt coacti, quod illo petente, in consulta civitate sua, Regi Dario, ignem & aquam dedissent: referente. Historicorum antiquissimo. *Herodot. lib. 5.*

§. XXXI. Attilius Consul abs Senatu in Græciam missus, ut Athenienses & Ætholos contra Philippum tueretur, cum Hæstiam & Antyceram expugnatas diruisset, ea re in Senatu cognita, Flaminius ei Successor, ob violatum mandatum, missus, isque domum revocatus, victoriæ fructu carere coactus est: memorante *Pausan. lib. 7.* Legatorum tenaciores fuere Legati Tarentum à Senatu missi, ad res repetendas, illi enim ( *sunt verba Val. Max. 2, 1.* ) cum gravissimas ibi injurias accepissent, unus etiam urina adpersus esset, in Theatrum introducti, legationem quibus acceperunt verbis peregerunt, de his que passi erant haud conquæsti, ne  
quid

quid ultm ac mandatum esset loquerentur. Menippus apud Liv. lib. 24. Nos nec volumus nec possumus pacisci quicquam quo Regnum Antiochi minuat.

§. XXXII. Nec quisquam objecerit exempla Religionis neglectæ Anaximenis Lamfaceni, Præceptoris Alexandri M. à civitate ad deprecandum missi, qui admissus, ut urbs excinderetur, Cives in servitutem redigerentur, ne templis quidem Deorum ut parceretur, in contrarium rogasse fertur *vid. Paus. lib. 6. Suid. V. Anaximenes. Val. Max. 7, 3, 4.* Fabiorum item Fratrum apud Liv. 5, 35. prælium ineuntium, cum pacis causa missi essent. In sacris quoque occurrit exemplum Legatorum à Rege Ahasia missorum, sine jussu revertentium, postquam Eliæ Thesbitæ obviam facti fuissent. 2 Reg. 1, 6. plura hujus farinae qui ad noscendum aut exempla, adeat *Marselar. Legat. 2, 4. p. 270. Paschal. Legat. c. 57.* aliosque, legatorum qui pertractarunt materiam. Instituti enim nostri ratio, ulterius ut promoveamus pedem, postulat.

§. XXXIII. Quamvis g. ex dictis sufficientissimè constet, Religionem hanc Mandati, exactissimè esse servandam diligentiam, nec latum quidem unguem ab ea discedendum *Marselar. Legat. 2, 4.* & ad formulam agere & loqui oportere, non aliud aut aliter, quam præscripta ratio ferat *id. ibid. Perr. Erodium rer. jud. lib. 10. Tit. 15. c. 5. Besold. Disp. Polit. Jurid. De Legatis c. 7. § 3.* quoque inibi largissima propinat manu. Cum nihilominus & olim sint reperti, & hodiernum inveniantur, qui putent mandatum per æquipollens impleri posse, i. e. non per idem, sed per aliud æquè utile, aut utilius, quam erat id, quod Mandator præscripserat. *Grot. de J. B. & P. 2, 16, 21. Johan. Gebb. Werner. Fürstliche Tischreden lib 3 c. 1.* (Quorum sermonum convivalium Besold in *disp. de Fœderum Jure c. 4. §. 13. p. 37.* Autorem facit Hippolitum à Collibus;) alique plures; Quam quidem quaestionem bellissimè tractat, tersissimus scriptor Agell. in *N. A.* omni doctrinarum genere refertissimis, 1, 13 ubi tale proponit lemma; *Quæsitum, quidnam foret in recepto mandato relictus, idne omnino facere quod mandatum est, nonnunquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit, utilius fore.* Subjungit deinde quæst. an negotio tibi dato, & quid omnino faceres definito, contra quid facere debeas, si eo facto videri possit res eventura prosperius, exq; utilitate ejus, qui id tibi negotium designavit.

§. XXXIV

XXXIV. § In Quæstionis hujus negativam pedibus quaerunt, sequentibus uti suevere rationibus; (1.) Quod mandantis, de re quapiam mandata, statuta semel, deliberataque, esse arbitrium debeat, quod temerè violari sine summo Mandatarii periculo nequeat, si enim (2.) eventus non responderit, indeprecabilis transgressori transgressi pœna manet mandati, & quamvis (3.) responderit, fortunæ quidem gratiæ habentur, interim tamen nihilo secius pœna soluti manet mandati. Quamvis enim in præsens, re utili, pessimo exemplo respubl. juvari possit, alio tamen tempore, soluto semel neglectoque Imperio, majori inde damno adfici posse rempubl. neminem saniozem inficias ire posse crediderimus.

§. XXXV. Adfirmativæ qui subscribunt, palmarium in persona Mandantis, mandatorumque ponere solent; In mandatis prudentiæ trutinam suspendi volunt; si scilicet ingens inde commodum expectari certò possit; in Mandante autem considerandum esse, num Ingenio sit truci, & mandatorum tenax: an mollior & non omnia ad calculum exacte revocans, indeque temperanda adhibendaque consilia arbitrantur.

§. XXXVI. Priori, ut adcommodatiori, exemplo subscribit *Agell.* l. d. dum factum *Crassi Mutiani*, in graviter mulctando architectone, (flagris enim cadere jusserat) quia id quod jussus erat, non debito obsequio, sed consilio non desiderato, respondisset, comprobatur; Cui adstipulatur ante laudatus *Warner. l. c.* Quare autem acutissimus *Jctus Bachov. comment. ad Inst. §. 4. Mandat. in fin.* planè hoc improbandum censeat factum, quæ mea est tarditas certè non video; Rationes enim inibi adductæ, ejus haud videntur momenti. Quamvis enim facillimè, ipsaq; Lubentia lubentius concedamus, reipubl. salutem ac utilitatem summam debere esse legem, hæc tamen ratio minus hîc quadrare videtur, cum in eo nequicquam versetur Salus Reipubl. Nec pluris omninò quod artificii in sua velit credi arte, cum heic artis nulla habeatur ratio, sæpius enim aliud præcipi videmus, aliud intendi, nec aliter hæc constant sacra: cum ergo ipsius esset parere, quando colorem ab ipsa re distinguere ignoraret, mandato simpliciter obsequi debuisset, quod in publicis præsertim, adeò strictè observandum, ut si quis præter vel extra instructionem recte gesserit, nihilomagus excusetur, ritè observante *Lindem. exerc. Justinian. Diss. 7. ib. 13. Mand.*

*Mand. Quod enim Judici Leges, id mandatario stricta mandata.  
Marselar. Legat. 2, 4. p. 266. Nec possumus, quin historiam quam  
vis prolixiore aliquantum, cum maxime ad hanc rem facere  
videatur referamus, ex Orthone Melandro in Jocoferis c. 187. p. m.  
146. seq. Eunt missi à Duce Wirtenbergensi tres Legati, ad quen-  
dam Principem, apud quem debebant exponere & expedire quæ  
habebant in mandatis à suo Domino. Unus erat Eques auratus,  
alter Doctor, ille qui mihi ipsi hæc narravit; tertius Senex nobilis,  
non tamen Eques auratus; in itinere cæperunt disputare de man-  
datis Domini sui, quia innocuerant eis aliqua circumstantia, quæ  
videbantur requirere aliquam mutationem. Eques auratus pri-  
mum suam dixit sententiam, Sicut erat ingeniosus & facundus, di-  
sputavit mandata quæ accepissent non congruere ad præsentis  
circumstantias, oportere illa mutari; Secundus cum esset Doctor, ut  
ostenderet se quoque non pauciora dicere posse, quam miles dixisset,  
disputavit pro & contra, non esse discedendum omnino à mandato  
Domini, & tamen moderandum esse mandatum; Perwentum est  
ad tertium Senem Nobilem. hic audiui inquit disputationes ve-  
stras, & video rem totam à vobis sapienter cogitatam & disceptatam  
esse. Sed audite quæso quid mihi videatur faciendum esse. No-  
stis Princeps habet tres gradus Consiliariorum, primus gradus est  
summorum, qui pro sua sapientia vident ubi sit aliquid mutan-  
dum, & habent simul auctoritatem, ut possint defendere eam mu-  
tationem, & manere in gratiâ Principis: tales sunt Cancellarius  
nostrus & Marschalkus. Secundus gradus est eorum, qui etiam sunt  
sapientes, possunt judicare de rebus & moderare aliquid pro sua  
sapientia, sed non habent auctoritatem mutandi, quia non sunt ita  
potentes, ideo non facile audent decedere à mandatis: talis est in  
aula nostra Præfectus Questorum & Scriba Provincialis Rente-  
ster und Landschreiber: Tertius gradus est illorum, qui neque sa-  
pientes neque potentes habentur, qui sunt primum adsciti ad con-  
silia Principis, non habent auctoritatem magnam Ideò rectissimum  
est tales facere quod iussit Princeps, nihil diminuere vel addere  
mandato, nisi Principe conscio. Ex isto gradu sumus etiam nos;  
ideo exequamur mandata Principis, nec quicquam mutemus.  
Hanc sententiam sequuti sunt reliqui. vid seq.*



*See Lipsius de J. d. c. 2. ff. Mand. ibique DD. Althusi Diceolog. lib. 1. c. 82. §. 22. ibique alleg. Guilhelm. Groz. Ench. princ. J. N. & G. c. 20. §. 20. Zigler. ad Groz. 2. 16, 21. p. 393.*

§. XXXVII. Res commodissime componi quiverit, si distinguamus inter mandatum privatum & publicum s. committentis & Imperantis; hoc, cum exactissimam requirat diligentiam & sollicitudinem per æquivalens adimpleri haud poterit, illud poterit. per l. ult. ff. Mand. ibique DD. Althusi Diceolog. lib. 1. c. 82. §. 22. ibique alleg. Guilhelm. Groz. Ench. princ. J. N. & G. c. 20. §. 20. Zigler. ad Groz. 2. 16, 21. p. 393. Quamvis & hic Ingenium committentis plurimum posse videatur, quæ de re superius; considerari præterea meretur mandatum à superiori datum, sitne cum libera an non. Mandatum præterea per æqui pollens impleri posse; si Domini nihil intersit substituisse in finibus mandati, quia festari oporteat non verborum corticem, sed mandantis intentionem, censet Brunnem. ad d. l. fin. §. fin. ibiq; alleg. M. Antonius Delrio Miscell. ad l. 5. ff. mandati distingui vult an contra aut præter mandatum fiat; quæ an subsistere sententia queat in Discursu videbimus. Paulus Busius ad d. l. 5. admittit, si commodo fiat mandantis. Groz. d. J. B. & P. 2. 16, 21. ita demum vult licere, si constet quod præscriptum erat, non præscriptum fuisse sub speciali sua forma, sed sub consideratione generaliori, quæ aliter quoque obtinere possit. Pufendorff. de J. N. & G. sub triplici Respondet distinctione: verba illius sunt; Aliquando in mandato solum negotium expediendum exprimitur, modus autem arbitrio, & dexteritati mandatarii relinquitur. Interdum autem modus quidem exprimitur, sed magis in vicem consilii, & quod mandanti commodissime videatur, rem ita posse confici; ut tamen mandatario non sit prohibitum, sua uti dexteritate, si commodior adparuerit modus, ubi in rem præsentem fuerit perventum. Aliquando denique ea conditione modus præsumitur ut ab eo omnino quis discendi nolit, utcumque res ceciderit. Et secundo duntaxat casu, per æquipollens, mandato posse satisfieri statuit.

*impugnat §. supra*

§. XXXVIII. Materia Religionis mandati, & quidem subjectiva, mandatarius, qui alias Procurator dicitur l. 7. §. 10. 55. ff. Mandat. & toto Tit. ff. & C. de Procurator. Salariarius item l. 10. §. 9. ff. mandat. germ. Gewalthaber / Bevollmächtigter / vid. Speid. h. v. qui pro varietate materiæ, varius itidem: & vel persona publ. subalterna, vel privata; ad priorem classem pertinent Magistratus, quibus inter alia jurisdictio, & quidem ordinaria à republ. commissa

commiffa, qui dein aliis eandem delegare poterant *vid. late hac de re differens Bocerus de Jurisd. c. 6* aliiq; DD. qui materiam juridict. tractarunt. *Rubr. & Tit. ff. de officio ejus cui demand. Jurisd.* Cum autem in Republ. Romana præprimis, varii fuerint Magistratus variaque illorum potestas, fatius est nil dixisse, quam primis vix attigisse labris. Cum etiam varia variorum hac de materia profert scripta. Est autem illorum demandata potestas, partim à Lege, partim à Persona, quin autem stricte & religiosè fines mandati exequi teneantur, nemo dubitaverit, curatius superius dicta pensans.

§. XXXIX. Ad Magistratus etiam referuntur belli Duces uti §. 19. *dict.* Qui habent constitutam potestatem vel à Lege, vel ab homine: uti §. 17. monitum; his autem, cum in bello, juxta-  
verus; nec bis delinquere, nec in eundem impingere lapidem liceat; inde si quos alios, belli Duces curatissime servasse mandata constat. Alcibiades cum ei nuncius à Magistratu in Siciliam missus esset, ut domum rediret, essetque in magna spe Provinciæ benè administrandæ, non parere noluit. *Teste Nep in ejus Vita c. 4. n. 3.* Similiter Datames, & si longè aberat, & à majore re abstrahatur, tamen Regis voluntati morem gerendum putavit *Teste eod. in ejus Vita c. 4 n. 3.* Sic Indiæ Prorex apud *Hieronim. Oforium de Gestis Emanuelis lib. II.* Adenam Urbem, data occasione occupare neglexit, cum tamen ejus urbis quantivis esset occupatio, quod mandatum Regis obstaret. *vid. supr. §. 31.* ubi idem de Legatis adsertum fuit.

§. XL. Syndicus qui alio etiam nomine Actor audit, quamvis propriè inter se differant, quod ille generalis hic specialis sit procurator. *vid. Rosbach. Prax. Civ. Tit. 12. n. 3.* Est Procurator universitatis, qui communi mandato, causas & lites universitatis in judicio persequitur & administrat *l. 1. & tot. Tit. ff. quod cujusq; Universita: X nomine.* nisi pœnam violati mandati subire velit, maximopere sibi quod caveat habet; quamvis hic iterum considerandum veniat, habeatne mandatum determinatum, an indeterminatum, cum posteriori casu, manus videatur habere minus ligatas. *Carpz. J. Pr. F. part. 1. const. 13. & commun. DD. ad Tit. ff. Quod cujusque Universitatis nomine;* cum etiam instructus mandato esse debeat; sufficit tamen à majori parte præsentium esse datum, si-  
C 2 gilloque

gilloque munitum, nec opus subscriptione. *per text. SDD. citat. A Struv. Syn. J. C. Exerc. 7. ad Tit. Quod cujusque Univ. nomine §. 42. seq. Carpov. Decis. 1, 28. Berlich. Conclus. pract. 1, 14, 89.*

§. XLI. Commissarii, qui defensore *Rutger. Ruland. de Commiss. 1, 3, 5.* Persona qualificata, Judici impedito ad recipiendas rei dubiæ probationes, ab utraque vel alterutra parte nominata, & ad hoc ab ipso cum instructione ordinata. Qui in tantum opus habet mandato & Instructione, ut actus ante mandatum gestus, ipso jure sit nullus. *Ruland. d. l. §. 13. seq. Quibus etiam adnumerantur Judices delegati Cothm. cons. 17. n. 8. nec non Judices Austregarum. alique quos brevitatis ergo præterimus. vid. laudatus Ruland. d. l. 1. c. 5.*

§. XLII. Deputati quoque, ad conventum, certis cum mandatis mitti solent, qui dicitur conventus Deputatorum, Deputations Tag. *Speid. notab. Jur. hist. Pol. Besold. Thes. Pract. b. v. Lymn. d. J. P. 9, 1, 233. Aliique J. P. Scriptores.* Estque vel totius Imperii, vel alicujus Regionis. Particularis in quavis regione, civitate & collegio indici potest, ad eumque certi mittuntur homines, certis mandati limitibus circumscripti, quibus omnino operanda, ne eosdem egrediantur, cum alias periculum incurrant violati mandati.

§. XLIII. Frustra sententiæ cum dicantur, si non executioni mandentur, probè monente *Mamta spec. aureo part. 6. Tit. de execut. sentent. n. 1. princ. Geil. Observ. 1, 123. Mynf. Obs. 3, 67. Corderus Process. execut. præf. n. 4.* Cum similes sint campanis pistillo destitutis, idcirco opus executore, qui describi poterit. Persona quæ ex mandato superioris sententiam executioni mandat. Cum autem & ipse ex mandato ista perficiat, satis constat, non licere excedere fines in sententia præscriptos; sed curatè eandem Executioni mandare debet; ubi DD. movent quæst. debeatne executor etiam exequi sententiam quam novit injustam, sive anne etiam Reum innocentem exequi debeat, in causa præprimis criminali, maximeque si iteratis vicibus executio fuerit demandata. In affirm. descendunt *Imola in l. 15. n. 9. Gio. ff. de re judicat. Panorm. in s. cum olim. n. 24. extr. de sent. & re judicat. Cynus in l. 7. n. 11. C. de prec. Imperat. offerend.* quia necessum habet obedire superiori, & mandatum excuset eum qui parendi habet necessitatem *l. 10. §. ult. ff.*

ult. ff. de his quibus ut indign. l. 13. ad L. Falcid. hinc Tacit. Ann. 3.  
 17, 1. refert adolescentem quendam qui erat in potestate patris, se  
 purgasse crimine civilis belli; quod Patris iussa (quæ quatenus im-  
 plenda recenset Agell. 2, 7.) non potuisset detrectare: etiam testatur  
 locus Esdræ 7, 26. & 1. Sam. 14, 39. qui locus canonisatus cap. 2. de  
 Major. Sobed. Menoch. arbitrar. quæst. 2, 365. vid. Tabor. Barb.  
 Locupl. II, 10, 14. In Negativam tamen abijt Colerus de Process. executiv.  
 part. 4, 5. 1. §. 158. seq. & potius vult, ut executor petat, ut sibi isto  
 casu circa executionem parcat, vel Domino officium ut resignet.  
 Huc etiam haut incommodè referri poterit quæst. quam Grot. de  
 J. P. & B. 2, 26, 4, 9. de Lictore sive Carnifice movet, eidem sc. ex  
 Rei confessione, causæ merita debere esse cognita, ut satis ei con-  
 stet, mortem ab eo commertam; eamque in rem in not. adducit  
 loca quædam S. Script. 1. Sam. 22, 17. 2. Reg. 1, 3. & Legem Deut. 17. de  
 quibus Osiander ad th. 4. obs. 3. inspici meretur. Zieglerus putat  
 non peccare Carnificem, qui ignorat injustitiam sententiæ, & mor-  
 ti adjudicatum occidit, cum obsequatur superiori, cujus senten-  
 tiam discutere non teneatur, eam in rem alleg. Gerbard. loco de  
 Magistrat n. 399. Cui etiam ad stipulatür Henric. Henniges. in obs.  
 Polit. & moralib. in Hug. Grot. ad d. l. p. 966. hic enim locum non  
 habet quod in alijs juris apicibus: non feceris si dubitas Cic. de off.  
 ibique Rachel. id enim verbi neutiquam in hoc casu, sed in is-  
 tantum locum habet, quæ merè ab arbitrio nostro pendent; non  
 item in his quæ à voluntate superiorum. vid. Burgman. Princeps  
 patiens §. 6. p. 25. Cardinal. Thuscus pract. concl. 70. lit. M nostra  
 quæ sententiæ, in quæ siti aperiemus.

§. XLIV. Ad Mandatum alterius fit quoque fidejussio, est  
 autem fidejussor, qui ad alterius mandatum s. tacitum s. expres-  
 sum, fidem suam interponit, ut eo melius credatur. Hic ergo fi-  
 nes mandati egressus si fuerit, damnumque inde passus, sibi im-  
 putet, cum nemo damnum, sua quod sentit culpa, sentire videatur  
 l. 203 ff. R. J. ibique DD. Tab. Borbos. locupl. lib. 4. c. 1. ax. 2.

§. XLV. Institor cum ex mandato principalis dependeat;  
 fines mandati sanctè observare debet; sin excesserit, non quid ma-  
 tenetur contrahens, cum is fidem principalis sit secutus, nisi forte  
 pecuniã mutuo accipere velit, tum enim observandam, an illi mu-  
 tuo accipere pecuniã, sit mandatum aut permissum; l. 1. 3. C. de inst.  
 48. Dicitur autem Institor, quod gerendo negotio instet. l. 3. ff. d. t.

& dicitur, qui tabernæ s. cuilibet aliene negotiationi, ad emendum vendendum, s. certo loco, sive sine loco est præpositus. germ. Factor/ Eaden Diener/ Buchhalter/ Speidel. Notab. Juridic. Histor. Pol. v. Factor Besold. Thes. pract. ead. v. Mevius ad J. L. lib. 3. T. 6. art. 5. n. 10. Non etiam ministri domestici die Haus Knechtel Mev. d. l. n. 14.

§. XLVI. Quod de institore dictum, etiam de Magistro navis intelligi poterit: & est Magister navis non tantum ille, cui totius navis mandata cura l. 1. §. 1. ff. de Exerc. action. Sed & qui à Magistro navis, etiam invito & prohibente Domino, navi præpositus. d. l. 1. §. 5.

§. XLVII. Cum ex mandato procuratura suscipiatur, Procurator rectè describitur l. 1. princ. ff. de Procurat. Qui aliena negotia mandatu Domini administrat; & constituitur ad negotia tum judicialia, qualis Advocatus, Procurator, in specie sic dictus, Arbitrator, Defensor, Viator, Adparitor &c. tum extra judicialia vid. Mellenb. div. Jurid. 1, 56. Alius iterum generalis omnium bonorum, alius specialis quarundam rerum, qui datur vel cum, vel non cum libera. idem d. l. div. 57. 58. proque diversitate hujus constitutionis, vel arctioribus circumscriptus terminis, vel laxioribus, germ. ein Bevollmächtiger/ ein Anwalt. quemadmodum ipsum mandatum nomine Vollmacht venit. Speid. h. v. Et DD. communiter ad Tit. ff. de Procurat. Qui autem mandatum plenissimum, sive cum libera habet administrandi potestatem, illa liberrima de rebus instar Domini disponendi facultas datur Struv. Syntagm. J. C. lib. 3. Tit. 3. §. 25. Quamvis in contrariam eant sententiam Vinn. quest. Jur. 1. c. 9. Donell 4, 15. Ubi Hillig. lit. D. Qui autem non cum libera, præcisè inherere mandato tenetur, nec debet formam tantum mandati observare & custodire l. 15. ff. de Procurat. l. 12. C. Mandat. §. 6. Instit. Mandat. & negotia suscepta exequi, sed finito etiam & perfecto negotio, Domino rationem reddere; l. 46. §. 4. de procurat. & quicquid inde consecutus, præstare. l. 8. §. fin. l. 10. §. fin. ff. Mand. sed Procurator ad judicia, omnem præterea diligentiam etiam exactissimam præstare cum teneatur, de culpa etiam levissima l. 13. C. Mand. Rosbach. Praxi Civ. Tit. 20. §. 45. teneri constat.

§. XLVIII. Cum aliud sit mandatum à Persona, aliud à Lege, ceu superius monitum, prioribus paucis perlustratis, breviter vide-

videbimus & illud, quod ex Legē proficiscitur; qualis tutor cui à lege vis ac potestas in caput liberum concessa, ac demandata; unde & vigore illius mandati, autoritas Tutoris tanti æstimatur, ut sine illa ne quicquam Pupillus facere quoquo modo valeat, quare etiam, quod, quamvis *ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est*, gerenda sit, ut loquitur *Cic. offic. 1. & pro in bona tantum requiri fides videatur, nec ultra doli præstationem quicquam exigere videbatur, nihilominus, diligentiam, adeoque levis culpæ præstationem desideret l. 13. de R. J. l. 1. princ. ff. de Tutel. & rationib. distrab. l. 7. C. Arbitr. Tutela.*

§. XLIX. Quemadmodum curæ in plerisque cum tutelâ curatè convenit, ita etiam cum curator à Lege sit cura minorum, furiosorum, prodigorum &c. demandata, & que acis ad levis culpæ præstationem tenetur, quod magis in jure Saxon. videre est, ubi Maritus Curator mulieris, lege constitutus, ita ut teneatur negotia illius procurare & si quicquam fuerit neglectum, tacitam ex inane ciscitur in omnia mariti bona hypothecam. Cum autem Curator alius sit minorum, alius bonorum, de utroque vid. *Rosbach, Prax. Civ. cap. 15. §. 16.* Adjici præterea mandatariis possit Oeconomus, qui mandato ad rem familiarem constitutus l. 14. C. de S. S. Eccl. Dispensator per l. ult. §. 4. de V. O. sed cum propofiti habenda sit ratio pedem promovemus.

§. L. Cernitur autem Religio hæc mandati in rebus imprimis; negotiis; factis: (Ita creberrima mandata historiae referunt morientium, ultionem sui continentia. Sic Germanicus ap: *Tacit. Ann. 2. 71. & Sueton. Calig. 4. 3. mandavit domesticis ultionem. nec non Otto in Vit. Vespas. c. 6. extrema obtestatione ultionem mandat. Lucretia Bruto Collatinoque ultionem sui moriens mandat ap. Flor. 1. 9. 1. ut alia exempla passim occurrunt) silentii involvamus vel. vid. tamen & *Curt. 5. 33. 28. edit. Freinsb.* quale mandatum morte solvi vult *Beroaldus*, à morte autem mandatoris demum incipere vim habere, *Casaubon. ad Vespas. cap. 6. vide omnino his Vincent. Turturer. Parall. Ethic. & Jurid. dissert. 2. §. 14. p. m. 31.* Quin autem sapiant ethnicismum, nemo dubitabit Christianus. Sic quoq; monomachiam mandatam quandoq; legimus *1. Sam. 17. Liv. 1. 23.* quæ si fuscipiatur, temeritas potius æstimanda, quæq; cum religione maxime pugnet, uti in ipso ulterius discursu demonstrabimus.*

*vellet mulier hoc  
vilegiu in  
bere ex admira  
ex instabina  
in de obtest  
sibi negligens*

bitus) nec non in Jure; cum etiam Jurisdictio rectè mandetur, ubi  
 hanc *Bocerus de Jurisd. c. 6. §. 6.* movet quæst. an mandatore plu-  
 rium caularum mortuo, re non amplius in quibusdam causis inte-  
 gra, omnibus in causis, in quas mandata Jurisdictio, salva ipsa ma-  
 neat, an tantum in causis, quæ geri tantum ceptæ; ubi posteriori  
 subscribit sententiæ, cui ad stipulatur *Obrecht de Jurisd. 4, 8, 16. p.*  
*m. 455.* Res autem debent esse honestæ & possibiles, mandatum  
 enim contra bonos mores & contra honestatem, non est obliga-  
 torium. §. 5. *Instit. mand. l. 6. §. 3. l. 12. §. 11. l. 22. §. 6. ff. eod. Meyer.*  
*C. J. A. 17, l. §. 14. Guil. Grot. Enchirid. de Princ. J. N. c. 20. §. 19.*  
*Brunnem. ad l. 6. §. 3. ff. mand. n. 5. Franzk. eod. n. 17. Agell. 2, 7.*  
*Aliique DD* (Purgatio enim, in rebus illicitis & atrocioribus crimi-  
 nibus, quod mandatum ob parendi necessitatem (qua de §. *supr.* 43)  
 excuset, locum non habet; quia in iis liber quilibet & sui juris, nec  
 ulli parere necesse habet, potiusque mori malle debet, quam faci-  
 nus admittere quod sceleris habet atrocitatem per LL. & DD. ci-  
 tat, à *Tabor. in Borb. locupl. 11, 10, l. p. 31.* rectè proin recusarunt  
 mandatum custodes corporis Saulis 1. *Sam. c. 22. v. 17.* iussi occide-  
 re Sacerdotes; maximeq; reprehendus ipse *Doegus Regis* man-  
 dato obsequium præstans, *d. l. v. 52.* hinc *Theodoret.* quem latius  
 sermone utentem inducimus in 1. *Reg. qu. 54.* Laude digni sunt sa-  
 tellites Saulis, neque enim ad mandatum regis susinuerunt ma-  
 nus infanda cede sacerdotum contaminare: *Doeg* autem impiam  
 cædem ausus est facere, *mastratis trecentis quinquaginta Sacerdo-*  
*tibus.* Vnde satis liquere putamus, si alicui mandetur executio rei il-  
 licitæ, eum absque metu reatus, in solidum id ad mandantem,  
 pertinere ratum, in sese suscipere non posse; tum propter neglectum  
 ordinis, mandatum enim Jur. Nat. & Divin. merito antecedit hu-  
 manum: tum quod ipsum ministerium sit crimen, vid. *Plin. Epist.*  
*3, 9.* Ubi id non ostendit tantum, sed obtinuit add. *Grot. de J. B.*  
*§. 2, 2, 6, 3)* inter mandantem sc. & mandatarium. Est tamen  
 inter mandantem & tertium cui furtum aut damnum factum §. 8.  
 §. 11. *Instit. de Obl. quæ ex delict.* Nec valet mandatum in re pro-  
 priâ emenda, *Mozz de mandat. c. 4. §. 5.*  
 §. LI. Cam negotia, vel judicialia sint vel extraju-  
 dicialia. Illa qui procurat, dicitur Actor vel Defensor *l. 1. §. 1. l.*  
*6. §. 3. l. 2. Quod cujusque Univ. nomine.* Ille qui experitur, hic  
 qui in-

tan n. re obligat  
 de ut esse delicti  
 punitur. §. 11. §. 3.  
 injur. l. 15 §. n.  
 Quæ d. §. 11.  
 d. accusat. v. §.

qui in iudicio Rei nomine agit, & vices ejus subit. l. 51. §. 2. de Pro-  
curat. l. 33. §. 3 l. 34. seq. eod. Cujac. obs. 7, 26. Hic dicitur Manda-  
tarius, speciali nomine, & concernit res extrajudiciales. Sunt præ-  
terea aliâ negotia pura, quæ sine diei aut conditionis adjectione;  
alia conditionalia, quæ sub certa conditione; alia in diem, quæ  
certam adjectam diem habent; alia ad diem, certo quæ finiuntur  
tempore. § 10. Instit. Mandat. l. 1. §. penult. ff. eod. In hisce pro di-  
versitate & natura uniuscujusque negotii, fines sunt vel strictiores  
vel laxiores, id quod ex formulâ præscriptâ facillimè & optimè  
metiri poterit.

§. LII. Substantialia constituit utriusque consensus, qui  
quandoq; per scripturam, quandoque nudis declaratur verbis: vul-  
gustrito nomine vocat Instructionem, quæ definiente Besold. Dif-  
fert. Polit. Jurid. de Legat. c. 7. §. 2. nil aliud est nisi commentarius  
s. libellus, quo Mandator rem omnem ut geri vult aperit; ubi monet,  
ut in odiosis inferi curet Mandatarius, clausulam vulgarem, und  
wiewollen Sie ihretwegen Werbung halber vor Jedermann Schadlos  
halten und vorthetigen; satiusq; est & tutius, inscriptis eandem ha-  
bere. Hotoman. de Legat. c. 2. n. 17. In publicis quidem adstri-  
ctor consensus, cum inibi quandoque etiam coactio locum habeat,  
id quod in genere de omnibus adfirmare non dubitat Besold. cl. 2.  
Disp. 8. c. 1. tb. 7. Colleg. sui polit. per l. 17. §. 6. l. 18. ff. ad Municip.  
l. 4. §. 5. de Legation. Idem de Legatis eorumque jure c. 4. §. 13 Kirch-  
ner. Legat. lib. 1. c. 5. In specie autem de Legatis suis id statuit Jus  
Lub. lib. 1. T. 1. art. 10. ubi Mevius. An autem sit consultum, ut invi-  
to quasi & renitenti obtudatur mandatum, cum ex sententia  
Comici invito canes venatum ducere nihil sit, consulatur Mel-  
chior Jun. quest. polit. parr. 1. quest. 8. & Keckerman. Disp. 29.  
probl. 9. In privatis autem omnino & sine ulla requiritur exceptio-  
ne, cum ipsum mandatum sit contractus consensualis, qui simulac  
consensum, vigorem suum accipit. l. 1. ff. mand. Qui exprimitur  
& declaratur tam inter præsentem quam absentem, tam verbis quam  
litteris, per nuncium etiam, sive expressum sive tacitum, ita tamen  
ut obligandi interveniat animo: Inde proxeneta qui lauda-  
re videtur, se non obligare, nequiquam tenetur l. 2. ff. de  
Proxenet. (2) Ut forma mandato tradatur; deficiente enim for-  
ma, mandatum est nullum & prorsus inefficax. Est mandatum

pro-

quid sit et quid sit? Si sit et quid sit? D  
Sicut a. hinc, mandatum in vita eor  
7. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



de sententia  
valenti y. mandant.  
275.

proia vel generale, vel particulare; vel cum vel sine libera (3) omnis  
debet abesse error, mandatum enim manifestum continens erro-  
rem ipso jure est nullum l. 1. §. 1. ff. *quæ sentent. sine appellat. rescin-*  
*ant.* Ad substantialia etiam (4) pertinet honestas, uti supr. §. 50.  
dictum, cum mandatum rei turpis & injustæ non sit obligatorium,  
ad eod ut nec juramento confirmetur, per tradita Tab. ad Barbof. n.  
10, 13. & negotium; nec non gratuita ejusdem susceptio. Facile exin  
est videre, divisionem à *Wesensbec. in parat. ff. Mand. n. 3.* proditam,  
statuentis, mandatum aliud, gratuitum, aliud esse mercenarium,  
(*Mozzius de Mand. p. 748. n. 87.* proprium & improprium vocitat)  
esse nullam: cum mandatum omne excludat mercenarium; hono-  
rarium tamen quoddam s. salarium admittitur, quo de *Brunnem.*  
*exerc. Justin. 21. ad §. ult. Instit. Mandat. ibique allegat.* Verba  
autem mandatum inducentia varia sunt: l. 1. §. 3. ff. *mand.* non au-  
tem sequentia admonéo l. 10. §. 7. ff. *mand.* commendo, persuadeo,  
nec conditionaliter prolata, quia in iis animus obligandi non inter-  
venit, vid. *Rebb. in Hodog. Jur. chart. 2. clim. 3. §. 18. p. m. 545.*

§. LIII. Sunt autem mandata revocabilia, & pactum de  
non revocando prorsus inutile: tale enim pactum esset contra  
mandati naturam intrinsicam; quamvis enim ut in aliis etiam  
contractibus, pactum adjectum omnino valeat, cum pacta istius  
modi legem contractui accidentalē dare censeantur, licita tamen  
illa & honesta esse debent, nec in substantiam & naturam mandati  
vel directo vel indirecto incurrere.

§. LIV. Cur autem Mandatarius, ad fines mandati dili-  
genter custodiendos, tam sollicitè sit adstrictus, & cur excedendo  
mandantem quoad excessum non obliget: hæc potissima videtur  
esse causa; in mandato videlicet publico, ne committentis potestas  
exin damnum patiatur, sed facta tecta servetur. Solvitur enim  
facile Imperantis majestas, si mandata non exactè executioni man-  
dantur; in privato autem mandato, ut eo magis curatiusque res  
commissa ex fide geratur: Ita enim cum plerisque comparatum  
videmus, ut nisi certis constringantur repagulis, facile hinc inde  
excedant. Accedit summa utilitas, ex mandato quæ redundat,  
quæ certis ni circumscriberetur limitibus, interciperetur, sapiusq;  
damnum exin ingens emergere posset: hinc DD. ne quidem per  
aliam interpositam personam, recte peragi volunt, cum personæ  
censeatur electa industria *Menoch. præsumpt. 2. 21. §. 6, 9.* §LV.

§. LV. Finis autem hujus Religionis cum sit varius, pro  
varietate personarum, tum mandantium, tum mandatariorum;  
hinc etiam fit, ut quandoque sua tantum quis gratia quidpiam  
mandet; quandoque mandantis & mandatarii; quandoque aliena  
tantum causa mandatum intervenire solet; qua de re legi meretur  
Brunnem. Exercitat. Justin. 21. ad. §. 3. Instit. Mand. nonnunquam  
mandantis & aliena; aliquando mandatarii & aliena; nonnunquam  
etiam mandatarii tantum: cujus tamen generis mandatum consi-  
lium magis, proptereaque non obligatorium, cum ex consilio  
mandati nemo obligetur; cuique enim liberum, apud se explorare,  
an sibi expediat consilium, an secus, uni pluribus deducit Impe-  
rator Princ. & seq. §. Instit. Mand. ibique DD. Inf. Mandal. in fine.

§. LVI. Habet autem Religio mandati plures eosque va-  
rios effectus, quorum prior Obligatio inter Mandatarium & Man-  
dantem, quæ ex parte Mandatarii eò tendit, ut is mandatum su-  
ceptum perficiat, quod quemadmodum in principio erat voluntatis,  
ita ex post facto fit necessitatis, uti de omnibus pronunciat contra-  
dictibus l. 5. ff. de O. & A. Dein ut quicquid ex mandato consecutus,  
præstet. l. 8. §. fin. l. 10. §. 2. & 8. l. 20 princ. ff. Mand. l. 46. §. 4. ff. de  
de Procurat. Nec non, ut mandatum secundum formam præscri-  
ptam exequatur, ubi tamen admissa media ad finem perducentia;  
cum is qui vult finem, etiam censeatur velle media, sine quibus ad fi-  
nem perveniri nequit. Pac. Usag. in tit. mandat. §. 5. cum hæc ta-  
citate credantur in omni inesse mandato, simulque videntur com-  
missa, sine quibus mandatum commodè exequi nequit; qui enim  
aliquid in se recipit, unà omnia, sine quibus illud expediri nequit,  
recepisse videtur. arg. l. 2. ff. de juris d. l. 3. §. ult. de Servit. Præd.  
Rust. Tab. Barbof. locupl. 11, 10, 2. Uti contra ex parte Mandantis, eò  
hæc tendit obligatio, ut indemnis Mandatarius servetur, cum  
nemini officium suum debeat esse damnosum. l. 18. ff. Mand. l. 7. ff.  
Testam. quem adm. aperiantur. Plures effectus & quidem novem  
recentet Mejerus C. J. A. lib. 17. Tit. 1. §. 22. quos brevitatis studio  
omittimus, inibiq; videri poterunt.

§. LVII. Ex obligatione resultat actio, quæ vel generalis,  
vel specialis; generalis, directa vel contraria; speciales varia, pro  
diversitate mandatorum, sic in Syndicum datur actio directa, ad im-  
plendum mandatum, vel restituendum quod ex mandato abest;



sa potius judicem esse. l. 3. ff. de his qui in res. detentur. *noch. de retinend. posses. remed. 3. §. 436. Rittersb. ad Nov. part. 9. c. 6, n. 82. Schrad. tract. feud. part. 10. §. 2. n. 64. ibique alleg. Ubi DD. communiter respondent; posse quidem in propria causa Principem Judicem esse, sed de honestate eundem debere alteri delegare causam, inque Arbitrum compromittere. Paurmeist. de Jurisd. 2, 5, 81 Knichen. de sublim. & regio territorii Jure c. 5, n. 382. Boecler. dissert. Judex unus & multi. sive de judiciis p. 62. seq. imprimis cum generalis illa videatur esse ratio l. un. C. ne quis in sua caus. jud. ubi Brunne man. nec adpareat, quomodo J. Civili comprobari queat, Principem coram se ipsum ut Principem agere vel conveniri posse; cum id ratio non admittat, nec legum fictio tam sit efficax, ut unum eundemque, & Judicem & Reum, respectu haud gemino, respiciat, argm. l. 13. §. 4 ff. ad SC. Trebell. Limn. J. P. 3, 9, 41. cum Judex in re propria minime quis esse possit. l. 10. ff. de jurisd. argm. l. 10. ff. de testibus. Cujus rei duplicem reddit rationem Tabor. in Barbosa locupletato. 9, 89, 4. vid. Hillig. D. E. 17, 2. lit. B. ibique largissima propinatos manu Nos distinguendum putamus inter subjectionem voluntariam & coactam, quamvis enim cogi Majestas nequeat, subicere tamen sese ultro legibus atque judiciis poterit: hinc digna vox Imperantis: Legibus quamvis soluti sumus, tamen secundum leges vivimus: Hinc Imperator Romano. German. convenitur coram Palatino Rheni *Aur. Bull. c. 5. §. 3. ibique comment. Carpz. de L. R. G. c. 14. sect. 6. n. 18. Rex Galliae in Parlamento Parisiensi sibi jus dici patitur vid. Bodin. de Republ. 7, 8. & latè Limn. de not. Regn. Gall. 1, 9. lit. Z. Grot. 2, 14, 6.**

§ LIX. Ex actione provenit poena, quae hic ratione mandati varia, quandoque enim criminalis, quandoque, civilis; Capitalis, in mandatis praesertim publicis restrictioribus, locum habet. hinc Plato de LL. exque illo *Marselar. Legat. 2. 4. p. 265. Si Legatus, aut Praeco, ea, quae sibi fuerint publice mandata, falsò nunciaverit, vel falsam legationem quovis modo obierit, ea tacendo quae dicenda fuerant, vel aliter à se fictum retulerit, vel aliter in relatione praevaticatus sit, adversus hunc tanquam sacrilegum agerur, quasi Jovis mandata impie & nefarie fuerit transgressus; & Jovis Modestinus l. 3. §. 5. ff. de re militari. In bello, qui rem à Duce prohibi-*

eam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, et si res bene  
gesserit. vid. *Vasq. inlustr. quest. lib. 1. c. 5. 9. 7. & 8. Pascal. Legat.*  
*c. 56. Quoties Legatus ausu temerario violat paginam mandatorum,*  
*audacter dico capitul facit. Quod etiam restantur exempla*  
*Manlii Torquati quo de Claudius. Turpe rigor nimium, Torquati,*  
*despue mores. cit. Vasq. d. l. & Posthumii supra à nobis adlata. Athe-*  
*nienfium Legati, de quibus itidem supr. capitis adfecti sunt pœna.*  
*Carthaginienfes, Hannonem fortiffimum ac triumphalem Virum,*  
*quod edicto Senatus minus obtemperaviffie crederetur, mortis ad-*  
*fecere pœnâ, teste Latrone declam. in Catilin. Sic Lacedæmonii*  
*Legatos ad Pausaniam cum Scytula miserunt, in qua more illorum*  
*erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capitis eum damnatu-*  
*ros. Corn. Nep. Vita Paus. 3, 4. Athenienfes itidem diem certam*  
*Gabriæ præstiterunt, quam ante domum nisi veniffet, capitis se*  
*illum damnaturos denuntiarunt. id. Aur. in V. Gabriæ 3, 1. Et nostra*  
*memoria Bruggemanno ultore gladio, ob male obitam legatio-*  
*nem Perficam à Sereniffi, Holfatiæ Duce, constituto fiscale, eundem*  
*qui coram judicio criminali, ad id dato, conveniret, facta prius gra-*  
*tia juramenti domesticitatis, spiritum ereptum, scimus, pluri-*  
*bus id referente Oleario in sine Itinerar. Pers. p. 766. Mitio rem,*  
*subiit pœnam, haut tamen impunè tulit, Adolescens ille Spartanus,*  
*qui multam 1000. drachm. pendere condemnaretur. Attilius*  
*Consul domum revocatus, fructu victoriæ carebat, ceu ex dictis*  
*pater.*

§. LX. Quamvis etiam Mandans in casu homicidii, vel al-  
terius delicti, æque ac Mandatarius regulariter teneatur l. 5. C. de  
Accusat. Unde Dn. Tabor. tale exstruit axioma, *mandati effectu*  
*securo, delictum mandantis & mandatarii unum & idem est: quod*  
*& latè explicatum, vide his, in ipsius Barb. locupletat. II, 10, 12. suas ta-*  
*men admittere limitationes, si scilic. fines quos non excedere in-*  
*manibus habebat, excesserit; vel alias sua sponte esset occisurus,*  
*Oldenkop. Observ. criminal. Tit. 5. obs. 18. p. m. 410. probare pluri-*  
*bus fatagit; sed mandans hominem vulnerari tantum, non occidi,*  
*an de occiso teneatur, si eum mandatarius occiderit, quæritur?*  
*Menoch. arbitr. Judic. quest. l. 2, cent. 4. cas. 352. & Clarus lib. 5, qv.*  
*89. §. fin. Mandatorem æque ac mandatarium pœna ordinaria*  
*puniri volunt, quibus succenturiatur Beck, ad rem naval. ad l. 5.*

de

de Incend. ruin. naufr. inquitens si quis verberare jufferit aliquem,  
mortem inferente mandatario, finesque mandati excedente, de occi-  
so renebitur. cap. fin. de homicid. lib. 6. Brunnem. Exerc. Justin. 21.  
ad §. 7. Inst. mand. p. 183 ibiq; alleg. C. J. A. l. 17. Tit. 1. §. 14. n. 6. In mi-  
tiorē descendunt sententiā, Fachin. contr. 1, 36. Covarruv. in Clement.  
Si furiosus p. 2. §. 1. n. 3. quam etiam sententiam in supremo Mechli-  
niensi Senatu præjudicio mugitā. prodidit, Christincus Decis. Volum.  
3. decis. 49. n. 6. Vinn. ad Beck de re navali ad l. 5. de Incend. ruin.  
naufr. §. 2. lit. B. p. m. 347. media incedit via, neutram simpliciter  
vel adprobando vel improbando; priorem admittendam censens,  
si mandator hominem jufferit telo, sica, aut alio instrumento quo  
lethale vulnus infligi possit, vulnerari; quia causam præbuerit mor-  
tis l. 15. ad L. Corn. de Sicar. & rem pessimi periculosissimique ad-  
miserit exempli. arg. l. 38. §. 5. ff. de pæn. Nec juvat mandantem,  
quod non habuerit animum occidendi, cum animus sufficiat ma-  
litiosus, ad id, ex quo proximè mors sequitur; uti nec illud, quod  
mandatarius excesserit fines mandati, cum is ipse ignorare haud  
potuerit, quod ictus non dentur ad mensuram, nec in potestate  
mandatarii esse, ictus & vulnera, telo lethifero inferenda, mode-  
rari, seque intra fines contineri mandati; Nec obstat, l. 1. §. 3. juncta  
l. 7. ad L. Corn. de sic. cum inibi de eo agatur, quinon animo vul-  
nerandi, sed inconsulto calore, in rixa, quempiam clavi aut cucuma  
vulneravit, sique tali quoque instrumento vulnus infligi manda-  
tor jufferit, ordinaria haud adfligendus poena veniet; Cui & nos  
ad stipulamur sententiæ. Brunnem. ad ff. de vit. mand. l. 6. §. 3. n. 7. <sup>Quæ dolo et  
impendi carere  
inducit poena  
l. 1. §. 1. ff. de  
l. Corn. de sicar.</sup>  
distinguit; an jufferit percuti, an vulnerari; hoc modo ordinaria  
esse adficiendum poena mandantem, priori non. add. Carpz. Prax.  
rim. part. 1. quest. 4. n. 17. Perez. ad C. ad L. Corn. de Sic. §. 20.  
Paulus Busius ad l. 6. ff. mand. variasq; profert limitationes Card.  
Tuschus Pract. concl. 34. lit. m. Si autem prorsus mandati fines ex-  
cesserit mandatarius, non tenetur mandans, per ea quæ habet,  
Carpzov d. l.

§. LXI. Privatus, in causa privati, mandati fines egressus,  
nulla gaudet actione, adversus Mandantem, (sibi enim imputare,  
damnum, quod sua culpa sentit, debet: cum teneatur formam  
præscriptam servare, finesq; mandati diligenter custodire, si fi-  
nes excesserit, aliud quid fecisse videtur. l. 5. pr. l. 46. ff. Mand. §.  
6. Inst. eod.) nisi in quantum fuerit mandatum Brunnem. ad l. 5.  
ff. Mand.

*ff. Mand. Fachin. controu. 2, 93.* licet & hac de re olim non levis fuerit inter Sabinianos & Proculianos dissensus. Sabiniani volebant mandatori Mandatarium prorsus non teneri, hisce motirationibus (1) quod fines mandati adcuratissime sint custodiendi *l. 5. ff. mand. (2)* Quod iniquitatem quandam videatur sapere, Mandatorem Mandatorio quidem obligari, siue velit siue nolit; Mandatarium vero Mandanti non æque. *l. 3. §. 2. ff. Mand.* Obtinuit tamen sententia Proculianorum, qui iustius censebant, Mandantem usque ad pretium præscriptum teneri, (1.) quod nemini debeat officium suum, in gratuitis præsertim, esse damnosum (2) majori summæ minor in *l. 1. §. 4. ff. de V. O. (3.)* utile per inutile non vitietur *cap. 37. de R. J. in 6.* quam etiam ut benigniorem, calculo suo adprobavit Imperator *§. 6. Instit. de Mandat.*

§. LXII. Quamvis nec in dictis suis desit Iusciniolæ cantus; cum *Faber ad §. 4. Instit. Mand. & ante eum, Martinus,* Imperatoris apertam mentem & sententiam, non vereantur, quibusdam, si Diis placet, ratiunculis infringere, censentes, summam excedentem mandatum, peti posse actione negotiorum gestorum; (1.) quod tantum jure denegetur actio mandati, non ergo excludi cæteras, cum unius positio, non statim alterius sit sublatio, (2) Quod is, qui negotia alterius sine mandato gerenda suscipiat, actionem habeat negot. gest. in quantum autem mandatarius fines mandati sit egressus, videri imitari negot. gestoris (3) Iniquitatem quandam redolere, lucrum ex damno alterius percipere. Verum enim verò facillima ad hæc ipsa Resp. (1.) Verba legis tam sunt aperta & perspicua, ut ejusmodi glossam haud quicquam admittant. Sic enim mandatori manifesta inureretur injuria, qui ultra expendi noluit: daretur præterea occasio, per malignitatem aut improbitatem, mandati fines excedendi; parum præterea vel nihil interesset, an mandans actione mandati, an ex negotio gesto teneretur solvere, quod mandatarius citra suam voluntatem expendisset. (2) argum. probè utriusque contractus perspektâ naturâ, per se ruit, & neutiquam operosa indiget refutatione, ad (3) Resp. Quod damnum, quod sua culpa quis sentit, jure meritò non sentire censeatur; cum sibi suæque hoc imputare facilitati aut ignaviæ debeat.

§. LXIII. Tenetur porro mandatarius ad interesse *l. 16. C. Mand. i. e. ad omne id, quod vel abest, vel quomodocunque modo abesse*

abesse potest. *Brunnem. Exerc. Jusiu. 21. ad §. II. Infit. mand. Benvenuto Sraccha de Mercatoribus. Tit. mand. §. 51. p. m. 168.* Mandanti contra incumbit, mandatorum præstare indemnem, omnesq; impensas b. f. in negotium factas, & si quid præterea ex illo capite absit, refundere; cum iniquum sit, damnum ex suo officio alium capere. Si vero casus occurrat; *veluti quod à latronibus mandataris sit spoliatus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumve adprehensus erogaverit quædam, à mandatore præstanda, non esse, ceuset Mozz. de mand. p. 785. n. 6. per l. 26. §. 6. ff. Mand. cui ad stipulantur Rittersh. ad l. 23. d. R. J. c. 5. p. m. 85. Joan. Loccen. de Jur. Maritimo 37, 13* Quod tamen non sine distinctione intelligendum recte monet *Brunnem. ad d. l. n. 8. distinguendo (1) an in rebus necessariis an superfluis damnum datum (2) an occasione mandati casus obvenerit, alias non obventurus. Struv. de mand. tb. 12. Hahn ad Wesenbec. eod. n. 10. argm. l. 52. §. 4. ff. pro socio l. 61. §. 5. ff. de furtis.*

§. LXIV. Sequitur etiam infamia, si Reus Judicio directo damnatus fuerit *l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his qui not. infam. in judicio eum directo agitur de fide rupta, cujus poena merito infamia. Rittersh. ad l. 23. de R. J. c. 5. p. 87. convictus sc. de dolo l. 8. §. fin. ff. mand. Quando autem in dolo esse dicatur vid. Mascard. de Probat. concl. 531. n. 119. Brunnem. ad l. 45. ff. Mand. hinc Cicero pro Rosc. In privatis rebus si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui questus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum majores summum admisisse dedecus existimabant, itaq; mandati constitutum est judicium, non minus turpe quam furti, credo propterea, quod quibus in rebus ipsi intresse non possumus, in his opera vestre vicaria fides amicorum supponitur. Quam qui ledit, oppugnat omnium commune presidium: Et quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia re magis utilis. Idcirco amicitia comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur & p. p. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem, nam neque mandat quisquam ferè nisi amico. Neque credit nisi ei quem fidelem putat, perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissolvere, & fallere eum qui lesus non esset, nisi credidisset. Nec Obst. quod qui in re sua sit negligens, etiam possit esse negligens*

E

gens



gens in alienis, Resp. enim in re sua licere negligentem esse, non autem in aliena; quamvis enim quilibet rerum suarum sit moderator & arbiter, aliena tamen negotia, exacto officio gerenda, ne quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum, culpa vacuum *l. 21. C. Mand. ibiq; Brunnem. Rittersb. ad l. 23. de R. J. c. 5. p. m. 81.* quod tamen non obtinet in actione contraria, unico excepto casu; si in ea etiam de perfidia queratur. *l. 6. §. 5. ff. de his qui not. infam. Contrad. Lagus method. J. Civil. p. 4. c. 50. n. 7. p. m. 611.*

§. LXV. Solvitur mandati Religio (non etiam actio, per tradita Brunnem. ad l. 58. ff. Mand.) morte, tum naturali, ut quæ omnia solvit *Nov. 22. c. 20.* tam mandatarii, quam mandantis. *Henniges obs Polit. Moral in Grot. de J. B. & P. ad 2, 11, 17. p. 577. & latè Fabor. in Barbos. locupl. 11, 10, 8.* Qui enim mortuus, desit velle, & in materia mandati tacite continetur, ut mandatum neutrius egrediatur personam; præstatio enim officii in mandato & ratione ejus cui præstatur, & ejus qui præstat, tota est personalis *l. 57. ff. Mand. l. 9. ff. de Curat. furios. cap. ult. extr. de off. deleg. idque utilitatis causa, ex æquo & bono l. 26. l. 58. ff. Mand.* cum enim in hoc judicio de b. f. agatur, non convenit de juris disputare apicibus *l. 29. §. 4. eod. & quidem re-integra §. 10. Instit. Mand. l. 26. pr. l. 27. §. 3. ff. eod. inde etiam mortuo Principe, fides Legati extinguitur, & literæ sic à credendo dictæ, cassæ sunt & exanimæ. *Marselar. Legat. 2, 4. p. 283.* Si autem mandator diem ignorante mandatario, & interea perficiente mandatum, obierit suum; utilem mandati habet actionem, ne officium factique alieni probabilis ignorantia, noceat. *d. l. 26. pr. ff. Mand.* Si tale etiam mandatum fuerit, quod ante mortem impleri nequeat, morte non solvitur *l. 12. §. fin. & l. 13. ff. d. tit. Brunnem. Exercit. Justin. 21. ad §. 10. Inst. Mandat.* ubi plura exempla & *DD. item ad l. 26. princ. ff. Mand. Meyer. C. J. A. l. 17. T. 1. §. 21.* id quod tribus fieri modis docet *Mozz. de mand. c. ult. §. 21. p. 793.* Nec expirat morte mandantis, si sit mandatum super eo, ad quod quis de necessitate tenetur; per ea quæ tradit *idem p. 784.* mandatum item factum infitori, morte non solvitur; nec in connexis. plures hujus Regulae fallentias, limitationes, & ampliaciones vid. apud *Mozz. d. l. Tum Civili Mozz. de Mand. c. ult. §. 8. & 8.* Sic mandatum ipso jure revocatum censetur quando status alterius mutatus *Srincha de Decocoribus part. 3. n. 50. Brunnem. ad l. 38. ff. de solut. & liberat.**

§ LXVI

§. LXVI. Mutuo etiam solvitur dissensu, cum nihil tam sit naturale, quam quidvis solvi eo modo quo ligatum est. *l. 35. l. 100 ff. de R. J.* Si tempestivè tamen sit factum, & re utrinque adhuc integra §. 7. §. 8. *Instit. Mand. §. ult. Instit. quibus modis tollitur oblig.* cum nemo obligetur ad hoc, ut quod semel mandavit, patiatur perfici, dum nihil intersit utriusque; alias revocans tenetur ex ante gesto *l. 15. l. 26. ff. Mand. C. J. A. lib. 17. Tit. 1. §. 20. n. 1.*

§. LXVII. Revocatio s. poenitentia Mandantis, re adhuc dum integra, hanc itidem solvit Religionem §. 7. *Et Instit. de Mand. Obrecht. de Jurisd. 4, 8, 2.* Quod procedit, etiamsi fuerit factum cum pacto jurato, ne revocetur. *Mozz. de Mand. c. ult. §. 1. p. 787.* ubi & hanc adjicit limitationem, nisi mandatum intervenerit contemplatione mandatarii. Revocatur autem vel expresse, vel tacite; expresse, quando verbis, literis, per nuntium, ratihabitione a liove signo sit expresse; tacite, quando consensus per actus declaratur, ut si patiar alterum pro me solvere, cum talis patientia, habeatur pro consensu, & probetur ex scientia & patientia, ex eo quod quis agit sciente vel patiente Domino. *Cravett. de antiq. temp. part. 1. limit. 4. n. 57.* Justæ autem revocandæ causæ; inimicitia, furor, adfinitas, conditionis mutatio, qua minus idoneus factus est mandatarius, ad sustinendum negotia mandati. *Mozz. d. l. §. 4.* revocatur item mandatum prius, per secundum, latè id ipsum deducente *Card. Tusc. pract. concl. 64. lit. m.*

§. LXVIII. Renunciatio mandatarii tempestiva, itidem solvit; non enim aliter censetur obligari mandatarius, quam sub hac disjunctione, ut aut impleat mandatum, aut tempestivè renuntiet. *Vinn. ad §. 11. Instit. de Mand. nec obit l. 5. C. de Obl. Et Act. ubi Brunnem.* ita tamen ut actio competat ex ante gesto: interim justa si causa intercesserit, aut non renuntiandi, aut in tempestivè renuntiandi, nihilominus renunciatio valet *d. §. 11. l. 24. 25. ff. mand.*

§. LXIX. Finito negotio & causa, ob quam mandatum factum, dissolvitur simul Religio. *Rosbach prax. civ. c. 20. §. 50. gloss. & DD. in cap. si pauper de præbend. in 6.* Ubi si Papa mandat pro videri de beneficio alicui Clerico pauperi, juxta suæ probitatis merita, isque ipse aliud consequutus fuerit beneficium, antequam ipsi de beneficio provisum; Episcopus non ulterius tenetur eidem de benefici

*huc non reditio-  
sentia mandatorum  
additione ratio-  
mandatorum, revo-  
et deponitur  
Vol. n. 20 ff. 44.*  
beneficio prospicere, cum causa mandati cesset. *Mozz. de Mand. c. ult. §. 6. p. 788.* Huc etiam reditus Domini referri poterit, qui profecturus, Procuratori res suas gerendas mandavit. *Meyer, C. J. A. lib. 17. Tit. 1. §. 20. n. IV. aliar. §. D. cum in illa obfervat mandatorum referenda.*  
*in fia. §. LXX.* Finitur etiam & solvitur mandatum, finita die, ad quam mandatum constitutum fuerat *C. J. A. lib. 17. T. 1. §. 20. n. VII.* Quod patet exemplo Dictatoris, qui sex mensibus summo cum Imperio præerat, quibus finitis deponere & abdicare se tenebatur. Quod etiam Consulibus obtingebat: hodieque Rectoribus plerarumque Academ. aliisque Magistratibus ambulatoriis, quibus Lege vel etiam ab hominibus talis demandata potestas, id quod in tantum valet in Procuratore, ut licet per Judicem pro rogetur, agere tamen amplius nequeat *Per U. S. DD. alleg. & Mozz. tract. de Mand. c. ult. §. 7. p. m. 788.* Deficiente præterea conditione, sub qua mandatum erat, expirat mandatum. *C. J. A. Lib. 17. T. 1. §. 20. n. VIII. Mozz. d. l. n. 92 in fin.*

*Procurator manda-  
die o p. q.  
com. cu. iudic.  
d. p. 1. 3. 11.  
n. 89. rege. et imp.  
mandatorum.*  
§. LXXI. Furor superveniens, solvit itidem mandatum, furiosus enim pro mortuo habetur, & comparatur ignorantibus: *l. 16. §. 1. in fin. ff. Qui testam. fac. possunt.* illique nulla voluntas, *l. 40. de R. J. & consensu* destituitur, & ab omnibus actibus civilibus removetur, ubi tamen furor non intermittens, subintelligendus venit, non qui per intervalla obvenire suevit. *C. J. A. lib. 17. T. 1. §. 20. n. V. Mozz. tract. de Mand. c. ult. §. 11. ibique alleg. Bart. & Bald.*

§. LXXII. Finitur etiam Religio isthæc per sententiam, latam, sententia enim singulis actionibus tum finem imponit, re- & etiam imponit mandato, per tradita *Mozz. d. l. §. 12. p. m. 789.* Si demum Procuratori à iudice interdicitur officium, etiam mandatum solutum intelligitur. *Bald. ad l. mand. quest. 1. C. mand. ex q. illo Mozz. d. l. §. 14. p. m. 790.*

§. LXXIII. COLOPHONEM demum ut imponamus huic nostræ dissertationi, adicienda quoque forent cognata s. ad finia, nisi *Rittersb. ad l. 23 de R. J. c. §. p. m. 76. seqq.* nos supersedere fecisset hac ipsa opera; qui sequentia ponit, uberiusque explanat, consilium sc. commendationem, Negotiorum gestionem, rati- habitationem, locationem demum & conductionem, quibus & nos hic finimus, nihil cum reliquum, nisi

SOLI DEO GLORIA.

Sic igitur quando doctos Cognare labores,  
Nunc cunctis sistis, cordaque culta tua,  
Applausumq; tuæ vis quem meruere Camenæ,  
Sume voluntatis candida signa mea:  
Gratulor ex animo cœptis laudoque sudore,  
Mentis opes partas ingenique tuas,  
Secundet doctos clementia diva labores:  
Atque tuos ausus cœpraque cuncta beet:  
Perge labore tuo sic & tua nomina Mulae,  
Blandiloquis pergent concelebrare modis.

*paucis hisce adclamare egregiis conatibus  
Dn. Cognati & Commensalis l. mg.  
v. d. differt.*

PRÆSES.

Ad

Excimium & Præstantissimum Dominum, RESPONDEN-  
TEM, AMICUM HONORATISSIMUM.

Meruit profectò RELIGIO MANDATI, quæ abs te in Commentarium  
plenius, & in hanc, quam conscripsisti, eruditâ Disputationem confer-  
reretur. Nimirum cum jam mandata de quibuscunq; rebus, molesta  
satis, absurda & seuera Mortales dare soleant; Et sint paucissimi, qui iis rede  
uti sciant: quod exequi, quod omittere sapiens debeas, sedulo tibi animad-  
vertendum fuit. Arguit exinde hic conatus solertiam animi tui, quæ sicut  
egregiè prælagit, quantis tu olim Mandatis præficiendus eris, cum REGI  
NOSTRO CLEMENTISSIMO fidem & industriam probaveris: ita  
quoque animum iis nunc imbuis præceptis, quibus cum laude MANDATA  
aliquando MAXIMÂ curare queas. Cavebis autem tum, Amice optime, ne  
Religio Mandati conscientia tuæ grave aliquod pondus inficiat, neve Man-  
datorum Divinorum sis negligens. Nosti etenim Filium Dei dicere: *Si  
quis meum sermonem servaverit, non videbit mortem in æternum.* Vah  
Mandati veram RELIGIONEM! Sed ipse ad hanc Cynosuram in præsentis  
Disputatione

Disputatione animum & manum direxisti. Quamobrem prope-  
tavit unusquisque Amicorum hactenus, qui ex animo tibi gratularetur & maturiores  
in Studiis Profectus, & mentem literis moribusque exultam, simulq; pro  
salute & incolumitate tuâ Vota conciperet. In quo loco, quandoquidem,  
communia nostra studia puerilibus annis & infucata, quæ mihi tecum hodiè in-  
tercedit, familiaritas etiam Me collocaverunt, viderer ego amici officio deesse,  
si non unâ felicibus votis & omnibus prosequerer eruditionem tuam. Ad-  
ergo id, quod hoc tempore unicum valeo, Deum devote precor, ut reli-  
quum tuorum Studiorum cursum tibi contingere velit facilem ac felicem.  
Ita tibi elucescet Sol & gratiæ Principalis, & favoris publici cum Patrio & tuo  
insigni emolumento. Vale. Scrib. festinanter Rostochii Pridie Iduum Julij  
Anni M.DC. LXXIII.

Tuus  
omni officio,

PETRUS CARSTENIUS,

Phys. & Log. Profess. designatus in  
Gymnasio Wïburgensi.

**S**o gehts! wer seinen Ruhm wil hoch am Himmel schwingen/  
Der muß hier buhlen sters umb Pallas höchste Günst.  
So gehts! wer wil / daß ihm die Musen liblich singen/  
Der muß hier schauen an den Schatz der freyen Kunst.  
So gehts! durch steten Fleiß und unermüd'tes sigen  
Erhaschet man den Preis der edlen Themis Gold.  
Wer nun der Sinnen-Macht läßt in den Schrifften schwizen/  
Dem wird Mnemosyne darthun der Götter Gold.  
Ein tapfferer Soldat muß keine Kugeln achten/  
Er muß die bloße Brust dem Feinde zeigen dar/  
Der Feuer-Kugeln Dampff und der Cartäunen-Schachten  
Sind Ihm nur Freuden-Spiel / sofern er siget gar.  
Ihr / werther Freund / der ihr den Künsten euch ergebt/  
Und durch der Mühe-Schweiß / Krafft / Safft habe abgezehret/  
Mußt bey Astræen nun auff Ehren-Staffeln schweben/  
Von ihrer Faust wird euch das Lorber-Laub gewehret.  
So gebt Glück darzu: Seyd ferner nur beflissen/  
Werfft euren scharffen Geist ins ULL des RECHTENS ein/  
So wird Minerva Euch auff euren Lippen küssen/  
Und eur Gerücht wird ein Mausoleum seyn.

Johannes Steinwegh / J. U. Stud.

1773

**R**echt also / liebster Freund / auff fleissiges Studiren  
folgt Ruhm und Ehr und Lob; man kan es hier klar  
spüren.

Es wird in kurzer Zeit in Harjens wehrte Stadt  
Dein Preiß zu lesen seyn den Dir gegönnet hat  
Die Hochgelahrte Schaar der schönen Wernauinnen:  
Frau Jama ist bereit und fährt schon von hinnen  
Geflügelt in die Luft. Pflanz' als ein Musen Sohn  
Den Nachruhm ferner fort auff diesen Helikon!  
Dorthin wo der Magnet vom Eysen wird gebunden  
Wird Dir hiervör zum Lohn ein Lorber-Kranz gewunden.  
Ich wünsche Glück hierzu! Jetzt hastu nur den Schein  
Von meiner Pflicht und Schuld; nicht solls das Ende seyn.

Dieses wenige hat dem Herrn Respondenti als seinem  
lieben Landsmann und Brüderlichen Freun-  
de in Eyl zu Rostok auffsetzen wollen

**Sonrad von Aken / von Reval aus Steffland /  
der Rechten Befleißener.**



**U**ber worzu dint die Müh?  
spät und früh /

Eh Aurora ist zusehen:

Wen ihr Gold gemengtes Licht  
Kamm anbricht:

Und der Mond heist schlaffen gehen;

Bistu bey dem Buch zusehen.

Worzu nützt dein Ungemach?

Folge nach

Denen / die sich selig schätzen /

Wenn nur ihr Gemüht und Brust

Andre Lust /

Spil und Kurzweil ohn verlezzen /

Stünd- und täglich kan ergezen.

Aber

Aber du achtest nicht ein Har  
Dise Schar:  
Lobte gleich der Neid dagegen/  
Und würff auff dich lauter Haß/  
Ohne Maß /  
Würd' Er dich doch nicht bewegen  
Deines Fleißes Gird zulegen.  
Drumb trägstu auch heut zu Lohr  
Ruhm davon/  
Den di Mühe dir erworben:  
Recht! auff angewanten Fleiß/  
Folget Preiß/  
Der / wenn alles ist gestorben/  
Dennoch bleibet unverdorben.  
Eile zum gewünschten Port  
Weiter fort /  
Den dein Fleiß nun bald gefunden /  
Da dir wird die Lohr-behr-Krohn /  
Musen-Sohn  
Von belibter Hand gebunden /  
Und mit Blumen durch gewunden.  
Nim den Wunsch nun / den ich tuh  
Feh hin zu:  
Himmel send' Ihm Segen nieder:  
Stärck die Kräfte / gib Ihm Glätt  
Leg zurück  
Alles / was Ihm ist zu wider  
Höchster höre meine Lieder.


Aus freund, brüderlicher Schuldigkeit  
auffgesetzt von

Alberto Erasmi, Arenswaldens  
Neomarchico.













**R**echt also/ liebster Freund  
folgt Ruhm und Ehr un

Es wird in kurzer Zeit in Harj  
Dein Preiß zu lesen seyn den  
Die Hochgelahrte Schaar der  
Frau Fama ist bereit und fähig  
Geflügelt in die Luft. Pflanz  
Den Nachruhm ferner fort au  
Dorthin wo der Magnet vom  
Wird Dir hiervor zum Lohn e  
Ich wünsche Glück hierzu! Jez  
Von meiner Pflicht und Schu

Dieses wenige hat  
lieben Landen  
de in Eyl

Sonrad von Aker

**L**iber worzu die

Oh Aurora ist zusehen  
Ben ihr Gold gen

Und der Mond heist sch  
Bistu bey dem Buch zu  
Worzu nützt dein

Denen / die sich selig se  
Wenn nur ihr Gen

Spil und Kurzweil ob  
Stünd- und täglich kan

ges Studiren  
n kan es hier klar

Stadt  
t hat  
arnautinnen:  
n hinnen  
usen Sohn  
lison!  
gebunden  
ranz gewunden.  
den Schein  
ls das Ende seyn.  
pudenti als seinem  
berlichen Freun-  
ezzen wollen  
al aus Steffland/  
Befliessener.

rüh/  
t  
cht:  
i  
brust  
Über

